
201
K



MVSEI SANCLEMENTIANI
NVMISMATA SELECTA
LIBER TERTIVS



MVSEI SANCLEMENTIANI

NVMISMATA SELECTA

IMPERATORVM ROMANORVM

GRAECA AEGYPTIACA

ET COLONIARVM ILLVSTRATA

CVM FIGVRIS

PARS II



ROMAE

TYPIS VINCENTII POGGIOLI

AN. VVLG. AER. MDCCCVIIII

FACTA AB IIS QVI PRAESVNT EDENDI POTESTATE

SERIES NVMISMATVM
IMPERATORVM ROMANORVM



M. AVR. CARACALLA

...... ANTΩNЄINOC ΠЄIOC Caput Caracallae laureat.
CAMIΩN Juno pronuba cum attributis. Ær. 2.

Confirmat iste, ut et alter Ancyrae Galatiae Antonini Pii: Graecas Vrbes hujusmodi peculiares Imperatorum titulos ex latina in propriam linguam sine versione transferre consuevisse. Quod autem de voce ΠЄIOC, idem dicito de AVΓOVΣTOY, de IOVCTOY, et similibus. Ex quo sequitur nullum ex hujusmodi titulis graece scriptis argumentum peti posse, nisi alia adsint, ad nummos in suspicionem vocandos, ut alibi quoque animadversum.

AV K M AV ANTΩNINOC. Caput laureatum Caracallae.
CAMIΩN *Samiorum*. Junonis pronubae idolum basi impositum a duobus Geniis sustinetur. Ær. min. Tab. XXVI. n 248.

Etiam in alio Ephesiorum similis aversa, sed Dianae conspicitur, quem vide supra suo loco. Peculiaris iste typus, nam in caeteris nihil frequentius sola Junonis imagine, cujus maximus ibidem cultus, quod apud Samum adolevisset,

ac ibi deinceps Jovi nupsisset. Testis Varro apud Lactantium, a quo etiam nobilissimum ejus templum, et sacra nuptiarum anniversaria celebrantur.

ΑΥΤ Κ Μ ΑΥ ΑΝΤΩΝΙΝ Caput Caracallae laureatum juvenili facie v. d.

Φ CΑΜΟCΑΤΕΩΝ ΜΗΤΡΟ .... ΜΑΓΗΝ *Fl. Samosatensium Metrop. Commagenes*. Bina capita muliebria turrita, et velata se invicem respiciunt, aquila intermedia. Ær. 3.

De hac Vrbe vide in Hadriano.

ΑΥΤ ΚΑΙ Μ ΑΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝ... Caput Caracallae laureatum, et radiatum.

CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Fortuna tutulata stans, d. navis gubernaculum, et binas spicas gerit, s. cornucopiae. Ær. 2.

.... Μ ΑΥ ΑΝΤΩΝΕΙ .... Caput laureat. Caracallae.

CΕΛΕΥΚΙΑC ΠΙΕΡΙΑC ·Ι· Caput Juliae Domnae cum stola ad pectus. Ær. 2. Tab. XXXIX. fig. 66.

Vnicum exemplum invenio de nomine Vrbis Seleuciae gignendi casu singulari scripto apud Peller. Pop. T. III. Tab. CXXXIV. n. 4. Sed apud illum scribitur cum diphthongo ΕΙ, ut et Pieriae cum ΑΙ. De imagine Juliae Domnae, licet omisso nomine, nemo sane dubitaverit. Vide iconismum. Literam solitariam Ι. quod in fine adjiciatur, non de Julia ipsa, sed de titulo ΙΕΡΑC interpretandam puto. Idem caput describitur pariter sub Caracalla apud Sestinium Descript. N. V. p. 526, sed sine Ι. in fine, et nomen Vrbis effertur plurali casu CΕΛΕΥΚΕΩΝ.

Κ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝ Caput laureatum Caracallae cum paludamento.

CΙΔΗΤΩΝ Pallas galeata stans cum hasta transversa. Ær. 2.

...... ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC C Caput Caracallae laureatum.

ΕΠ C ΓΕΜΙΝΟΥ CΜΥΡΝΑΙΩ ΠΕΡΓΑΜΗΝ In area ΟΜΟ ΝΟ ΩΝ

Sub Praetore Gemino Smyrnaeorum Pergamenorum concordia. Amazon stans turrita in navis puppi, d. Æsculapii signum, sin. clypeum, et bipennem. Ær. 1.

AVT K M AVP ANTΩNINOC Caput laureatum Caracallae cum signo incuso, in quo AP.

ΟVΛΠΙΑC ΤΟΠΙΡΟΥ Hercules nudus scopulo insidens, dex. clavam sustinet, sinistram scopulo impositam habet. Ær. 2. Tab. XXVI. n. 249.

Primus iste, qui mihi innotescat, in quo nomen Vrbis scribatur per simplex I; caeteri omnes hactenus editi habent diphthongum ЄI. Igitur utraque jam lectio etiam in nummis admittenda, ut est apud Ptolemaeum, et Plinium. Topirus Vrbs Thraciae.

AV K MAP ANTΩNINOC. Caput laureatum Caracallae juvenis v. d.

ΗΓЄ ΚΑΙΚΙΝΑ..... ΓΟV ΟVΛΠΙΑΓ, in imo vero ΤΡΑΙ. Supple ΛΑΡΓΟV: *Praeside Caecina Largo Vlp. Augustae Trajanae*. Victoria gradiens, d. coronam, s. ramum. Ær. 1. Tab. XXVI. n. 250.

Novus hic quoque, quod sciam, in quo adjectum conspicitur nomen *Vlpiae*, exemplo praecedent. *Topiri*, *Pautaliae*, *et Serdicae* ejusdem Thraciae Vrbium, in quarum pariter nummis mentio fit *Caecinae Rectoris*. Vtrum autem Vlpia Aug. Trajana, quae certo jam Thraciae adscribenda, eadem sit cum *Trajanopoli*, de quo dubitabat Froelichius IV Tent. pag. 278. vide Eckhel. D. N. V. T. II. pag. 48. Alii hosce nummos vel Phrygiae, vel Augustae Ciliciae assignabant, qui omnes ex hoc uno refelluntur. Emendandus iconismus ubi in aversa parte diversa ab hac insculpta epigraphe, de qua in autographo certo constat.

...... M AV ANTΩN.... Caput laureatum Caracallae cum paludamento ad pectus.

ΤΡΙΠΟΛ In area notae chronol. ΒΚΦ An. DXXII Dioscuri stantes cum equis, et hastis. Superne paruum tem-

plum, in quo protome Deae Astartis. Ær. 2. Tab. XXVII. n. 251.

Nummus ineditus, et ad prima imperii auspicia Caracallae, post mortem Sept. Severi patris referendus. De epocha vide in lib. saepe citato. Minor nota aliquantum obtusa, formam tamen retinet lit. B.

AV K M AV ANTѠNINON CЄBA Caput Caracallae laureatum cum paludamento ad pectus.

Γ K Φ

.... ΠΟΑ....: supple *Tripolit.* Anno DXXIII. Dioscuri stantes cum equis, et hastis; ad caput eorum cernitur astrum in crucis formam expressum, et in superiori parte areae parvum templum distylum, et in eo caput turritum Deae Astartis. Ær. 2. Tab. XXXVIII. fig. 54, in qua omissum nomen Vrbis.

AV K.... AN..... NINON CЄB. Caput laureatum Caracallae, ut in superiori.

TPIΠOΛ, et in area inter equos Γ K Φ Dioscuri stantes cum equis etc., ut in praeced. Ær. 3.

In uno pariter Caracallae easdem notas Γ K Φ refert Pellerinius, de quibus vide in lib. saepe cit. de Epoch.

M. AVP ANTΩNINOC Caput Caracallae imberbe laureat.

ΦЄNЄATΩN *Pheneus* Arcadiae Vrbs. Mercurius nudus stans, sin. caduceum, et strophium gestat, d. demissa ad aram. Ær. 3.

Typus diversus ab editis sub hac Vrbe, cujus pauci hactenus numerantur.

MAP AVP ANTѠNЄINOC Caput juvenile Caracallae laureatum cum paludamento.

ΦIAΛЄѠN *Phialensium* in Arcadia. Pallas galeata stans, d. ramum, sin. hastam. Ær. 3.

MAP AVP ANTΩN..... Caput juvenile laureatum cum paludamento.

ΦΙΑ .... Supple ΦΙΛΑΔΕΩΝ evanescentibus postremis lit. sub margine. Mulier stolata utraque manu taedam accensam gerit. Ær. 3.

In sola familia Sept. Severi hactenus inveniuntur, quorum numerus major a Vaillantio vulgatus, sed typus iste ab editis diversus.

.... ΚΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ Supple ΜΑΡΚΟϹ etc. Caput juvenile Caracallae sine laur. cum paludamento ad pectus.

ΧΑΛΚΙ .... *Chalcidensium* Apollo nudus stans, d. ad latus demissa, sin. arcum gerit. Ær. 2. Tab. XXVII. num. 252.

Seriem nummorum Chalcidis Euboeae auget iste, qui nunc primum in lucem prodit. Apollinis cultum apud hanc Vrbem probant ejusdem autonomi. De hisce nummis Euboeae adscribendis consule, quae fuse adnotavimus in altero Augusti.

NVMM. AEGYPT.

...... ΑΥΡ ϹΕ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΠΕΙ ... Caput Caracallae barbat. laureatum. In fine supplendum videtur ΠΕΙΟϹ.

Annus deletus. Fortuna sedens, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 1. Tab. XXVII n. 253.

Dolendum quod injuria temporum notae deletae sint; sine dubio tamen ad postrema imperantis Caracallae tempora referendus nummus, quemadmodum ad ea pertinent caeteri omnes primae magnitudinis, qui hactenus editi sunt. Quod praeterea confirmat ipsius Caracallae imago rigenti barba, ac truci, virilique aspectu, ut in postremis quoque commatis romani ipsius nummis expressa conspicitur.

Si paucissimos hujus magnitudinis excipiamus, qui referunt notas ΚΑ, unumque apud Zoegam, qui L ΚΒ, de caeteris omnibus valde dubitandum censet Eckhelius, utrum nec ne Caracallae sint adscribendi. Ac revera, si notae in

hisce nummis exemplo earum, quae in moneta pariter Ægyptiaca M. Aurelii Commodi occurrunt, et cum annis imperii patris ejus M. Aurelii necessario consociandae sunt, ut suo loco a me quoque demonstratum est, eadem computandi ratione ad annos imperantis Septimii Severi referendae sint, merito cum laudato Eckhelio nummi singuli Caracallae a Zoegae Catalogo expungendi forent, qui cum titulo Augusti ipsius Caracallae, notas exhibent a prima L A ad quintam L. Є, qui sunt n. XXVIII. Nam ut apud omnes Chronologos in comperto est, Caracalla primum Augusti nomen, et insignia a patre obtinuit circa mensem Martium Anni V. C. Varr. DCCCCLI, quo quidem labebatur juxta Ægyptiacam methodum sextus imperii annus Septimii Severi patris. Neque suprascripti nummi ad postremum tempus solius Caracallae imperantis post mortem patris sui referri possunt; in iis namque admodum juvenili facie, et imberbis etiam in plerisque exhibetur.

Quae quanquam ita se habeant, non tam facile tamen eruditissimo Eckhelio assentiendum arbitror, qui omnes hujusmodi nummos Caracallae adimendos, atque uni Elagabalo assignandos decernit Doctr. N. V. T. IV p. 83. Vix enim credibile est, cum certissime existant nummi Caracallae cum notis KA, vel sine notis ad postremum ejus imperii tempus referendi, ut hic meus, ut Pellerinianus videndus Mel. I. Tab. XV n. 3, nullos alios praecedentibus annis ab Ægyptiis in ejusdem Caracallae honorem signatos fuisse. Quod sane affirmandum esset, si Eckhelii sententiam amplecti velimus, qui ibidem non modo suprascriptos XXVIII a Catalogo Zoegae expungit, sed et reliquos ad notas usque LKA. Video praeterea apud laud. Zoegam Tab. XV delineatum sub Caracalla nummum cum notis LЄ, qui ejus expressam imaginem referre mihi videtur, neque oculato ipsius Editori qui hunc nummum, caeterosque, quos in Museo Borgiano inspexit, atque describit, fidem abrogandam puto. Quod idem

statuendum de tot praeclaris Viris, qui caeteros nummos in suum catalogum ab eo receptos ediderunt. Hinc ad omnem difficultatem sapienter ab Eckhelio propositam sine ullo chronologiae, atque historicae veritatis detrimento solvendam, in eam lubens sententiam descenderem, ut putarem praeter nummos Caracallae, quorum notae ducendae ab imperio patris sui, alios esse admittendos, quorum anni computari debeant ab eo tempore, quo primum ille a patre Augustus dictus fuit, simili plane ratione, qua ejus tribuniciae potestatis computandae initium ab eodem anno factum est, ut ex vetustis monumentis constat, de quibus vide lib. n. de Vulg. Ærae Emend. p. 283. Hoc pacto rectissime explicantur nummi cum primis notis Α, Β, Γ, Δ, Є etc., Ad hanc distinctionem faciendam satis aptum offerunt indicium nummi ipsi Caracallae, qui cum iis Elagabali conferantur. Certi Elagabali nummi, quorum XVI ipse possideo praenomen Marci scriptum offerunt singuli duabus lit. ΜΑ, nec ullum unquam inveni cum simplici Μ. Idem dicito de singulis, quos a se inspectos affert Zoega, ut alios omittam. E contra qui certi sunt Caracallae Pellerinian. cum L ΚΑ, item quos recenset Zoega a se visos a n. 7, ad 23, inscriptum habent praenomen Marci cum simplici Μ; ita etiam in duobus Catal. Theup. cum not. L. Ζ, et L. ΙΔ, ita denique in eo, quem suis praemittit Arigonius. Ex hoc itaque discrimine non immerito petenda norma videtur eorum, qui Caracallae, quique Elagabalo assignari possint. Etiam in M. Aurelio, et Commodo, ex Ægyptiis alii numerari debent, ut notum est, ab imperio patris, alii ab initio imperii utriusque. Fallit haec regula in uno Musei Teuphol. cum not. L ΚΑ, et praenomine ΜΑ, sed quis vades esse voluerit unicum hunc recte descriptum fuisse, contradicente praesertim altero Pelleriniano cum iisdem notis ΚΑ?

NVMMI COLONIARVM

IMP M AVR SEV ANTON AVG Caput laureat. Caracallae.
COL BER Neptunus cum calatho in capite stat in curru a quatuor equis marinis vecto, d. delphinum, laeva tridentem. Duplex Ær. 2.

M AVR ANTO... P F AV Caput Caracallae laureatum.
COL MET ANTONINIANA AVR ΛIEX. (sic) Caput muliebre velat. et turritum. Ær. 3. Tab. XXVII. n. 254.

M AVR ANTONINIAN.... (sic) Caput laureat. cum paludamento ad pectus.
..... MET ANTONINIANA AR B. Idest AVREL. *Bostra*. Caput velatum, turritum, ut in praecedenti. Ær. 3.

AVT K H C ANTωNINOC Caput laureatum cum paludamento ad pectus.
..OL MET ANTONIANA Caput velatum muliebre, et turritum cum cornucopiae ante pectus. Ær. 3.
Alii duo similes sine cornucopiae, in quibus ANTONINIANA AVR. Ær. 3.
Alii duo, in quibus Col. etc. ANTONINIANA. Ær. 3.
Alius, in quo ANTONINIANA A. Ær. 4.

Sunt omnes rudis fabricae, et erroribus minime carent, tertius in anteriori parte graece scriptus, et in aliis quoque lit. aliquae graecae interjacent, ut Є, et H pro M. Oportet autem hanc Vrbem Bostram maximis beneficiis a Caracalla, cumulatam fuisse, ob quae titulos *Antoninianae*, *Aureliae*, *et Alexandreae* assumere in memoriam beneficiorum sibi gloriae duxerit. Patet etiam jam inde ab eo tempore *Metropoleos* dignitate auctam fuisse. Hi omnes minime perspecti fuerunt Vaillantio, Pellerinio, Bellejo, ac demum Eckhelio, ut de caeteris Numismaticis sileam. Vaillantius Vrbem Bostram Coloniam factam fuisse censuit ab Alexandro Se-

vero, sed Pellerinius Mel. T. I. pag. 300. nummum describit cum typo Coloni boves agentis sub Elagabalo, in quo legitur. N. TRA. BOSTRA, idest *Nova Trajana Bostra*, ex quo hanc Vrbem jam Coloniam fuisse constat. Caeteri Auctores nullum alium hoc Pelleriniano nummo anteriorem de Colonia Bostra agnoverunt.

Quod autem octo a me recensiti nummi Caracallae, de cujus effigie dubitari nequit, uni Bostrae Arabiae Metropoli adjudicandi sint, praeter indicium, quod praebet lit. B in secundo ex meis, certo suadent tres alii, quos ipse met descriptos inveni in Catalogo, quem mihi communicaverat insignis sui Musei Cl. Cusinerius, dum Romae moraretur. Sic autem se habent:

M ANTONINVS P. F AV Caput laureat. Caracallae.
COL MET ANTONINIANA AV B. Caput muliebre velatum, et turritum. Ær. 3.

Eadem adversa.
COL MET ANTONINIANA AV B. ALEX Caput, ut in superiori. Ær. 3.

IMP CAE M AVR ANTONINVS P. F AVG. Caput laur.
ANTONINIANA AL COL AVR METRO BOSTRA Typus, ut in superioribus. Ær. 4.

Ex hoc postremo praesertim nummo nullus jam relinquitur dubitationi locus, quin in singulis hujusmodi nummis mentio sit de Colonia Bostra, quae saltem a Caracalla deducta fuerit, et ad Metropolis fastigium sit evecta. Quod attinet ad *Alexandriae* titulum, quem sibi inter caeteros tribuit Vrbs Bostra, res est explicatu facilis, praeeunte Dione Lib. Hist. LXXVII, ubi narrat Caracallam erga Alexandrum M. ita affectum fuisse, ut armis, poculisque similibus iis, quibus ille usus fuerat, uteretur, insuper phalangem comparaverit ex solis Macedonibus, eamque phalangem Alexandri cognominarit; hisque rebus minime contentus *sese Alexandrum Orientalem Augustum appellaverit* etc. Ergo

assentationis causa factum fuisse patet, quod Colonia Bostra Alexandriae quoque titulum sibi adjiceret. Alexandria pariter Troas, quae a Lysimacho Thraciae Rege illud nomen in Alexandri M. honorem acceperat, licet plurimos nummos Romanis Principibus ante Caracallam dedicaverit, nunquam in iis se *Alexandriam Troadem* nuncupaverat. Id primo ab ea factum in Caracallae gratiam, ut plures ejus nummi fidem faciunt. Non omittendum denique in Catal. Theupol. ubi de Colon. sub Antiochia Syriae agitur nummos quatuor recenseri hisce nostris similes, qui procul dubio Bostrae restituendi. Cl. Sestin. Descript. N. V. pag. 548 affert nummum graecum Caracallae hujus Vrbis, ex quo confirmatur ab eo Coloniam constitutam fuisse, addito insuper titulo Antoninianae.

M AVR ANTONINVS, retrograde vero ƆVA (sic) Caput laureatum barbat. Caracallae.

COL IVL DIENSIVM In area DD Æsculapius stans sin. axilla baculo innititur, cui involutus serpens. Ær. 2.

Dium Colon. Macedoniae in Pieria ad sinum Thermaicum.

.... ANTONЄINOC Protome Caracallae laureata cum clypeo ad hum. sin.

ΚΟΛΩ ΜΑΡ ЄVЄ (sic) Duo capita muliebria turrita, et velata se respicientia, infra parvum templum, sive ara cum fastigio acuminato, et in medio signa quaedam, vel vasa sacra. Ær. 3.

In eo Vaillantii est ara ignita. Edessa Vrbs antiquissima Osrhoenae.

M AVR ANTONINVS PIVS AVG GERM Caput laureat.

COL A A PATR. Mercurius nudus cum petaso in capite, laeva caduceum gerens rupi insidet, ac d. extensa arieti ante pedes in ipsum caput suum convertenti blanditur. Ær. 3.

Vnus iste ex paucis cum titulo *Germanici*.

...... AVR ANTONI..... Caput laureatum Caracallae

dextr. respiciens.

.... G PELLA Supple *Col. Jul. Aug.* Apollo Nomius rupi insidens, d. lauream capiti suo imponit, laevo cubito fistula adjecta. Ær. 2.

Pella Macedoniae. De hoc typo vide in Maximino.

M AVREL ANTONI Caput Caracallae laureat., barbatum.

COL A

VG TR Equus pascens, pone quem arbor, et ad latus equi pastor d. pedum gerens. Ær. 2. Vide Vaill.

PLAVTILLA AVG

ΦΟVΑΒΙΑΝ CЄΒΑCΤΗΝ *Fulviam Augustam* Caput Fulviae Plautillae Aug.

ΑΙΓЄΙΡΑΤΩΝ Diana venatrix cum cane ad pedes, s. telum e pharetra depromit, d. arcum. Ær. 2. Tab. XXVII n. 255.

Tres hujus Vrbis nummos autonomos jam edidit Eckhelius ex Mus. Caes. D. N. T. II p. 234. Nulli tamen hactenus perspecti erant, qui Imperatoribus, vel eorum uxoribus dicati fuissent. Ex hoc numero binos paucis abhinc annis vulgavit, et egregie illustravit Cl. Sestinius Epist. Num. T. V p. XIX, tum in lib. Descript. N. V. p. 184. Vterque ad Plautillam pertinet, quorum primus hic noster cum Dianae Agroterae imagine in aversa parte, cujus cultus, templumque apud Aegiram Achajae celebratur a Pausania cap. XXVI in Achajc. alter vero Musei Emi Borgiae, quibus etiam emendatur lectio Vaillantii in simili nummo, in quo legebat ЄΓЄΙΑΤΩΝ. Plura videsis apud laud. Auctorem. Peculiare id habet hic nummus, quod praenomine tantum inscribatur Plautilla. Titus quoque uxorem habuit Tert. Fulviam, sed cum ab eo repudiata fuerit, ante quam ad imperium perveniret, nihil de ea suspicari fas est, quod aliqui faciunt, ut jam laudato Sestinio animadversum.

ΠΛΑV.... ΓΟVCΤΑ *Plautilla Augusta* Caput ejusdem.

ΘЄC

CΑΛΟ intra coronam.

ΝΙΚЄ

ΩΝ Ær. 3. Tab. XXVII. num. 256.

ΠΛΑVΤΙΛΛΑ CЄΒΑCΤΗ Caput Plautillae Aug.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ Navis cum remigantibus. Ær. 2.

Alius, sed in aversa parte pegasus alatus. Ær. 2.

Alius, sed figura militaris stans, pede sin. cippo imposito, d. hastam, s. scipionem. Ær. 3.

Alius, sed caput Deae Florae pectore tenus cum corona in capite, et flore ante pectus. Ær. 3.

Cum Plautilla infelicissimo sane conjugio Caracallae juncta intra annum relegata fuerit, interfecto Plautiano patre, et eraso ejus nomine e publicis monumentis, consequens fit tantam nummorum copiam, quae extat, praesertim apud Vaillantium, tum aucta fuit ab aliis praeclaris viris, et ab aliquo etiam ex meis, uno tempore statim post celebratas nuptias emissam fuisse, certantibus, ut ita dicam, singulis quibusque graecis Vrbibus, ut non modo Septimio Severo, sed Plautiano quoque tunc in aula, et extra, incredibilis potentiae, id honoris, assentationis ergo tribuerent, ad benevolentiam sibi conciliandam. Quae tamen spes ex humanarum rerum conditione, et vicissitudine tam brevi evanuit, et Plautillae filiae exilii, ac deinceps exitii quoque causam praebuit. De hujusmodi nuptiarum tempore vide quae fusius a me afferuntur sub Vrbe Gaza in lib. de Epoch. et alibi ad ejus Aerae caput novis, certioribusque monumentis definiendum. Nuptiae Plautillae celebratae fuerunt circa exeuntem autumnum A. V. C. Varr. CMLV: hinc clavus movendus annui temporis, quo hujusmodi nummi in ejus honorem editi fuerint.

P. SEPT. GETA. CAES

Π CЄΠ ΓЄΤΑC ΚΑΙCΑΡ Caput Pub. Septimii Getae sine laurea, cum lorica ad pectus.

M ΑΝΤΩΝЄΙΝΟC ΑΥΓΟΥCΤΟC Caput laureatum Caracallae cum paludamento ad pectus. Ær. 1. Tab. XXVII. n. 257.

Incerta Vrbs, apud quam praeclarus iste, et integerrimus nummus signatus fuerit. Est crassioris molis, ac forte emissus cum Geta caesarea dignitate a patre anctus fuisset. Habes ex hoc alterum testem de titulo Augusti graece scripto, de quo paulo ante sub Vrbe Samo ejusdem Caracallae dictum est. Idipsum vide mox infra.

Π CЄΠ ΓЄ.... Caput imberbe Getae Caes.

ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ in Paphlagonia. Taurus stans dextram respiciens. Ær. min.

ΑΥΤ Κ Π CЄΠ.. ЄΤΑC ΑΥΓ *Imp. Caes. Pub. Sept. Geta Augustus.* Caput Sept. Getae laureatum.

ΑΔΡΙΝΩΝ ΒΙΘΥΝΙЄΩΝ *Hadrian. Bithynium* Vrbs Bithyniae Antinoi patria. Venus seminuda equo marino vecta, duobus Geniis velum expansum supra caput ejusdem sustinentibus. Ær. 1. Tab. XXVII. n. 258.

Similem lapsum in voce ΑΔΡΙΝΩΝ, loco ΑΔΡΙΑΝΩΝ vide supra in altero nummo Antonini Pii ejusdem Vrbis. Typus elegans.

... CЄΠ ΓЄΤΑC ΚΑΙ.... Caput Septimii Getae cum paludamento ad pectus.

ΘЄCCΑΛΟΝΙΚЄΩΝ Victoria gradiens cum attributis. Ær. 2.

Π CЄΠΤΙ ΓЄΤΑC ΚΑΙ Caput nudum Getae cum paludamento.

CΚΑΜΑΝΔΡΟC, et in imo ΙΛΙЄΩΝ *Scamander Iliensium*. Fluvius ejus Vrbis jacens, d. frondem, sin. cubito urnae vomenti aquam innititur. Ær. 2.

.... ΓЄΤΑϹ ΚΑΙ Caput Getae Caesaris.

ΜΗΤΡ..·. ϹΑΡΑΙΑϹ Mons Argaeus arae impositus, et in imo ЄΤ ΙΓ An. XIII.

Annus iste Catalogo Eckhelii addendus, qui ab imperio Septimii Severi patris numerandus.

Apud Carolum Raynaldum a me descriptus.

Α ϹЄΠ ΓЄΤΑϹ ΚΑΙ Caput Getae Caes. laureatum.

ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ in imo, superne ΤΩΝ ΑΝ Fluvius imberbis jacens, d. arundinem cum urceo aquam vomente. Ær. min. Tab. XXVII. n. 259.

Alterum Cilbianorum superiorum Lydiae vide supra in Domitiano. Fluvius decumbens Caystrum designat, qui, Strabone docente, in Phrygia ortum habens per Lydiam fluebat, atque in sinum Jonium exonerabatur. Vaillantius similem typum jacentis fluvii exhibet sub eodem Geta, sed cum epigraphe ΝΙΚΑЄΩΝ ЄΝ ΚΙΛΒ, qui nempe in campis Cilbianis, nec longe ab eodem flumine habitabant. De his pariter vide binos nummos nostros sub Cajo, et Lucio Augusti filiis.

....Ϲ ΓЄΤΑϹ....... ΑΥΓ ΒΡΙ Caput Sept. Getae laureatum, et barbatum.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ Triremis cum velo, et remigantibus. Ær. 2. Tab. XXVII. n. 260.

Corcyra magna prae caeteris Vrbibus Getae, ut et Caracallae fratri *Britannici* titulum largita est, qui utrique fratri accessit post susceptam a Severo patre in Britanniam expeditionem circa suum supremum imperandi, simulque vivendi tempus. Praecedere etiam videtur alter titulus *Pii* ЄΥϹЄΒ, quem in nummis quoque latini commatis adhibere coepit, postquam a patre Augusti dignitate auctus fuerat.

Α ϹЄ ΓЄΤΑϹ ΚΑΙ Caput Getae Caesaris nudum cum paludamento ad pectus.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ Mulier stolata stans, d. elata, s. demissa. Ær. 2.

Alius, in quo Α Κ Π... ΓΕΤΑϹ ϹΕ, et caput laureat. Ær. 2.

Α ϹΕΠ ΓΕΤΑϹ Caput imberbe Getae Caes.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ *Metropolitarum* in Jonia. Caystrus amnis jacens, d. arundinem, s. cubito urnae aquam vomenti innititur. Duplex Ær. min.

Vrbem hanc Ptolemaeus statuit prope Caystrum fluvium, Prienen inter, et Colophonem Vrbes Joniae, sed idem Auctor eam Lydiae adscribit. Strabo ubi narrat Samum Insulam Epheso oppositam vino minime excellere, subdit: praestantia vina esse Ephesium, et *Metropolitarum*. Ex his inferre me jure posse arbitror binos hosce nummulos, et alterum Vaillantii 2 magnitud. ejusdem Getae, ejusdemque typi jacentis fluvii, Joniae potius, quam Phrygiae adscribendos esse, additoque fluminis symbolo Caystrum fluvium designari, a quo haec Vrbs, ut Ephesus alluebatur, Ptolemaeo teste. Nummi quoque fabrica Jonicam originem innuere videtur. Hinc nummum Gordiani Pii a Cl. Sestinio cum ejusdem fluminis figura editum Doctr. N. V. p. 471, quamvis illum cum aliis pluribus, sed cum diversis typis, quos ab Antonino Pio ad Saloninum usque ibidem recenset, e Phrygia advehi testetur, hunc tamen pariter cum nostris Joniae adscriberem, cum dubitari nequeat non omnes eodem in loco natales habuisse, quo inveniuntur.

Α ϹΕΠ ΓΕΤΑϹ Κ Caput imberbe Sept. Getae sine laurea.

ΝΕΙΚΟ... ΛΕΩϹ *Nicopolis* Epiri. Ipse Geta paludatus in equo, d. elata. Duplex Ær. 3.

ΑΥ Κ Λ ϹΕΠΤΙ ΓΕ..., Caput laureatum Septimii Getae.

ΙΕΡΑϹ ΝΙΚΟΠΟΛΕΩϹ *Sacrae Nicopoleos* in Epiro. Vas tripodi impositum, cui circumvolutus serpens. E vase emergit lauri ramus, et ad latus cernitur corona. Ær. 2. Tab. XXVII. n. 261.

Symbola omnia ad Apollinem spectant, et ad ludos in ejus honorem celebratos.

Π CЄΠΤΙ ΓЄΤΑC ΚΑΙ Caput nudum Getae Caesaris.

ΝΙΚ... ΙЄΩΝ *Nicaeensium*. Cysta Bacchi semiaperta, ex qua serpens erumpit. Ær. min.

ΛΟΥ Π CЄΠΤΙΜΙΟC ΓЄΤΑC ΚΑΙ. Caput puerile Getae Caesaris cum chlamyde ad pectus.

ΝΙΚΟΜΗΔЄΩΝ ΔΙC ΝЄΩΚΟΡΩ Pallas galeata, et stolata stans, d. pateram, s. hastam transversam, in cujus extrema parte cuspis. Ær. 3. Tab. XXVII n. 262.

Nummus pulcherrimus. Alium hujus Vrbis elegantissimum primae magnitudinis nummum anecdotum possidet, servatque in suo praediviti Museo horum studiorum cultor eximius, amicorumque optimus, ornatiss. Eques Thomas Obizzi, quem hic honoris causa nomino.

ΑΥΤ ΚΑΙΣ Π ΣΕΠΤ ΓΕΤΑΣ ΣΕΒ Caput Sept. Getae laureat.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ Columna magnae molis, supra quam figura hasta insignis, hinc et inde templum a tribus lateribus columnis suffultum.

Bina templa ad neocoratum, columnam cum simulacro ad Divi Severi honorem probabili conjectura referam. Similem etiam videsis in Caracalla fratre, sed 2 formae.

Α CЄ ΓЄΤΑΝ ΚΑΙ Caput juvenile L. Sept. Getae Caes. cum thorace ad pectus.

ΠЄΡΙΝΘΙΩΝ ΝЄΩΚΟΡΩΝ Pallas galeata stans, d. clypeum sustinet, s. hastam. Ær. min.

.... ЄΠΤΙΜΙΟC.. ЄΤΑ Caput imberbe Getae Caes.

ΨΩΦЄΙΔЄΩΝ *Psophidensium*. Psophis Erycis filia pectore tenus cum corona in capite, et chlamyde ornata ad pectus, sceptrum humero sinistro gerit. Ær. 2. Tab. XXVII. n. 263.

Pauci admodum hujus Vrbis hactenus editi nummi. Vnum Caracallae cum Fortunae stantis typo edidit Pellerinius Pop. III pag. 198; binos alios vide apud Vaillantium ipsius Getae. Vterque legit ΨΩΦΕΙΔΙΩΝ. In nostro clarissime scriptum ΨΩΦЄΙΔЄΩΝ. Plures describuntur hujus no-

minis Vrbes apud Stephanum Byzant. Sed hanc Arcadiae adscribendam suadet Psophidis imago cum sceptro. Nam etsi alter nominetur ibidem Psophis Lycaonis Regis filius, sub quo condita dicatur, eundem tamen excludit effigies feminea in aversa parte expressa, quae etiam se regnasse ostendit.

L SEPTIMIO GETAE CAESARI Caput Septimii Getae sine laurea.

C·I·F·S·ANN. CCLXVIII Caput Serapidis cum modio in vertice. Ær. 1. Tab. XXVII. n. 264.

Epocha in hoc nummo signata ducenda ab anno, quo Sinope libertatem a Lucullo adepta fuerat, de qua vide in lib. n. de Num. Imp. cum notis chronol. Nota tertio loco in nummo posita non leviter modo vitiata conspicitur; sed cum reliquae omnes integrae maneant, sequitur illam de nulla decade, vel etiam de centenario numero accipi posse, praeter quam de nota L, ut indicat quoque spatium, et punctum L extremum, quod rem expendenti manifestum fieri poterit. Ex quo etiam Juliana epocha necessario excluditur.

Quoniam cum haec proelo subjicienda essent accessit eximius numm., qui ad Sept. Severi familiam pertinet, licet sit Caracallae, hoc loco minime omittendum duxi. Sic autem se habet.

M AV ANTΩN.... Caput juvenile laureatum Caracallae cum paludamento ad hum.

ΜΟΘΩΝΑΙΩΝ *Mothonaeorum*. Portus Vrbis in amphitheatri formam extructus, similem in modum, quo cernitur ille Anconae Piceni in nummo Trajani commatis latini, demptis duabus turribus, quibus utrimque in extremis munitus exprimitur. In aditu portus navis satis conspicua sese offert cum malo, et velo superne contracto. Ær. 3.

Vide illum pag. 1.

De hac Vrbe *Mothone* Messeniae in Peloponneso erudite disserit Cl. Eckhel. in suis Num. Vet. p. 131, et seq., ubi

detersis veterum Scriptorum erroribus, egregie statuit, quae sint Vrbes Methones nomine ab hac nostra diversae, quique insuper extent nummi Methanaeorum Argolidis a nostris Mothones Messeniae distinguendi. Quatuor hujus Vrbis ibidem cum suo Getae memorat praeclariss. Auctor, quorum tres ex Pellerinio; binos deinceps addidit strenuus harum mercium venator Sestinius Descript. N. V. p. 203. Singuli ad Sept. Sev., ejusque familiam pertinent. Vnus tamen hactenus desiderabatur nummus Caracallae, qui modo sese offert, et in pretio quidem habendus, quod raro plane exemplo proprium Vrbis portum exhibeat, quem propterea celebris famae, et nominis extitisse concesseris. Quid simile habemus in nummis Caesareae Germanic. Commagenes Sept. Sev., et Juliae Domnae apud Vaill. in fig. Append. 2, et apud Arigon. Tab. XII Imp. n. 99. Sed in iis vix una linea portus designatus apparet, cum hujus nostri iconographia eundem splendide aedificatum exhibeat, qualis est Anconitanus initio memoratus.

M. OP. SEV. MACRINVS AVG

AVT. K. M. OΠ. CЄV. MAKPINOC Caput Macrini radiatum pectore loricato.

MAKPЄINOVΠ M ЄV Π In imo AIΓЄΩN. In area ΓΞC *Macrinopol. Ægaeens. M. Eugene Pio* Anno CCLXIII. Victoria in bigis, d. coronam. Ær. 1. Tab. XXVII. num. 265.

Nummus integerr., de quo, ejusque notis chronologicis vide in peculiari libro n. saepe cit. de Epoch.

AVT K M O CЄ MAKPINOC CЄ *Imp. Caes. M. Opel. Sev. Macrinus Aug.* Caput Macrini laureatum.

Δ
S C in laurea. Tres Ær. 3.
Є

AVT K M O CЄ MAKPINOC Caput Macrini barbatum laureatum.

Aversa ut in superioribus. Duo Ær.3.

Ex his, caeterisque Sestinii Epist. T. IV pag. 40 patet quantam horum nummorum copiam emiserint Antiocheni in Macrini honorem, tum etiam Diadumeniani, ut mox videbimus.

AV K M OΠЄΛ CЄOV MAKPЄINOC M OΠЄΛ ΔΙΑΔΟVΜЄΝ K Capita adversa Macrini patris, et Diadumeniani filii, illud laureatum, hoc sine laurea.

MHTPOΠOΛ KAICAPIAC NEΩKOPOY ЄT B Mons Argaeus cum templo ad ejus radices, et simulacro in vertice. Ær. m. m. Tab. XXVII. n. 266.

Nummus integritate, et pulchritudine spectabilis. Cappadoces annum suum civilem ex Chronologorum calculis, consentiente Bellejo, postquam Romanis parere jussi, ab ineunte Decembri, sive a XII die ejusdem mensis ordiebantur. Itaque annus II imperii Macrini ex ipsorum methodo jungendi annos imperii cum Neominia anni civilis, coeperat a. d. XII Decembris A. V. C. Varr. CMLXX, antequam Elagabalus aviae artibus imperium Romanum invaderet circa mensem Junium sequentis anni, et Macrinum bello persequeretur, et paulo post ad mortem adigeret cum Diadumeniano filio.

.... K OΠЄΛ CЄV MAKPЄIN .... ΔΙΑΔ .... Capita adversa Macrini laureatum, et Diadumeniani nudum.

YΠ ΠONTIAN ..... MAPKIANO In imo ΠOΛIC. In area Є. *Sub Pontiano Marcianopolis*. Mulier stolata stans ad aram accensam, d. pateram, s. cornucopiae. Ær. 2. Tab. XXVII. n. 267.

Cum lit. solitaria Є in isto, eademque passim in pluribus aliis Imperatorum nummis hujus Vrbis reperiatur, consequens profecto erit eandem, neque ad annos imperii de-

signandos, neque ad iteratam magistratus dignitatem referendam esse.

AVT K M O CE MAKPINOC AVΓ Caput Macrini barbatum laureatum.

.. ΑΡ ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΕΤ In area Ε Π C Æquitas stans, d. bilancem, s. cornucopiae. Ær. 3. Tab. XXVII. n. 268.

Emendandus ex hoc integerrimo nummo Vaillantius, qui in simili chronol. notas ita exhibuit ΕΟC, uno nempe decennio minores. Hinc novum de hujusmodi epocha initium statuendum, et reformanda singula, quae de hujus Vrbis nummis, eorumque notis caeteri jam adnotarunt, et nos ipsi protulimus in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. p. 240, nisi de hac eadem Vrbe duplex epocha sit agnoscenda. Tam Norisio, quam Pellerinio ignoti fuerunt Mopsuestiae nummi cum notis chronologicis, ex quo eorum praestantia deprehenditur. Praeter hunc summo in pretio habendum, accedit alter singularis Diadumeniani cum eisdem notis, quem vide paulo infra: tres alios quoque possideo, suis quosque locis descriptos. De singulis vero hactenus inventis consule lib. n. de Nummis Imp. cum notis chronologicis, sive de Epoch.

AVT KAI M ΟΠΕΛ MAKPINOC CEB Caput Macrini laureat.

ΦΛ ΝΕΑCΠΟΛΕΩC CYP ΠΑΛ Caput Jovis laureat. Ær. 1. Nunc Musei Classensis Ravennae.

AVT K M ΟΠΕΛ CEVH MAKPEIN.... VΓ Caput Macrini laureatum cum paludamento ad pectus, facie plane imberbi.

ΝΕΙΚΜΗΔΕΩΝ (sic) ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ Vir militaris stans habitu brevi galeatus, et ocreatus, d. clypeum sustinet, s. hastam cuspide munitam. Ær. fere 1.

Nummum hunc suamet integritas commendat. Nomen Vrbis mendose scriptum.

AVT.. ΟΠΠΕΛ (sic) ΣΕVΗ MAK... Caput Macrini laureat.

ΥΠ ΑΓΡΙΠΠΑ ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟΣ Ι In area literis

orizontalibus ad latus sin. figurae sedentis legitur ΑΙΜΟΣ. *Sub Agrippa Nicopolitarum ad Istr. Aemus*. Heros nudus juvenili aspectu, crispaque caesarie scopulo insidens ocreatis pedibus, et fascia ab humero d. ad lumbos defluente, facie retro conversus, laevam capiti suo admovet, d. cubito trunco arboris innititur, simulque dextra hastam cuspide armatam in superiori parte retinet. Ær. 2. Tab. XXVII. n. 269.

Alterum huic similem jam editum invenies apud Sestinium Descript. N. V. p. 44. Diversus tamen in eo magistratus occurrit. Neque eidem assentior de Dianae figura insidente, cum in hoc nostro perspicuis notis vir juvenili aspectu cum ocreis in pedibus scopulo insidens conspiciatur. Ex hoc autem nostro Cl. Viri lectio confirmatur de monte *Aemo*, qui Moesiam inferiorem a proxima Thracia dividebat, celebraturque a Poetis, aliisque vetustis Scriptoribus. Horum subsidio emendatur, suaeque integritati restituitur nummus similis pariter Nicopolitarum Juliae Domnae, in quo Holstenius quidem apud Gotifredum recte legebat ΑΙΜΟΣ, sed Vaillantius mendose ΔΗΜΟΣ, quique in suum caeteros errorem pertraxerat. Plura videsis apud laud. Sestinium. De figura scopulo insidente, in qua heroicum cultum, habitumque videre videor, non injuria conjicere fas est *Aemum* ipsum Boreae, et Orithyae filium, a quo mons Thraciae sic appellatur a Stephano de Vrb., aliisque Scriptoribus memoratur, ea imagine a Nicopolitis exprimi voluisse, quod earum regionum populi illum in honore haberent, ejusque memoriam recolerent.

...... ΟΠЄΛ CЄV ΜΑ.... ΝΟC Caput Macrini laureatum pectore loricato.

ΥΠ ΑΓΡΙΠΠΑ ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟC Ι *Sub Agrippa Nicopolitarum ad Istrum*. Mercurius nudus stans cum crumena in d., et caduceo in sin., ad pedes Gallus. Ær. 2.



AVT K M ΟΠΕΛ CEV MAKPEINOC *Imp. Caes. M. Opel. Sev. Macrinus*. Caput ejusdem laureatum.

ΥΠ CTA ΛΟΝΓΙΝΟΥ ΝΙΚΟΠΟΛΙΤ...... *Sub Statio Longino Nicopolitarum ad Istrum*. Hercules Farnesianus, s. clavae innixus cum leonis exuviis. Ær. 2.

Alius, sed Apollo nudus stans cum arcu. Ær. 2.

Isti ab editis, qui sunt magna copia, diversi probant hujus Vrbis Moesiae inferioris obsequium erga Macrinum in tam brevi ejus imperandi tempore. Quod idem dicito de Diadumeniano.

NVMMI COLONIARVM

M OP.......CRINVS Caput Macrini laureatum.

AEL M... COIL *Ælium Municip. Coil.* sive *Coela*. Dimidia navis, in qua desuper cornucopiae. Ær. 3.

Vrbs, et municipium Chersonesi Thraciae, ut Bellejus solide demonstrasse visus est Vaillantii, caeterorumque opiniones refellens, qui partim uni, partim alteri provinciae eam assignaverant.

AV K M O C... KPEINOC C *Imp. Caes. Marc. Opel. Severus Macrinus Aug.* Caput Macrini radiatum.

KO M EΔECCA *Colon. Marcia Edessa*. Caput turritum, et velatum. Ær. min.

M OP. DIADVMENIANVS. CAES

M ΟΠΕ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC KAI *M. Opel. Antoninus Caes.* Caput Diadumeniani cum paludamento ad pectus.

ΜΑΚΡΙΝΟΥΠ Μ. ΕΥΓ Π ΑΙΓΕΩΝ In area ΔΞC infra intra pedes caprae Θ. Idest *M. Eugene Pio Theophilo Macrinopolit. Ægaeens.* An. CCLXIV Capra erecto capite stans, ante eam ramus. Ær. 2. Tab. XXVIII. n. 270.

Vide in peculiari lib. n. de Epochis.

ΚΑΙ Μ Ο ΔΙ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹЄ *Caes. M. Opel. Diadumen. Antoninus Aug.* Caput Diadumeniani pectore loricato.

Δ
S C intra lauream: in alio Δ, loco ΔΙ. Ær. 3.
Є

Alius, in quo tantum Δ, loco ΔΙ, et C in fine. Ær. 3.
Alius, sic ΚΑΙ. Μ. Ο. Δ. ΑΝΤ In area hinc inde SC. Ær. 3.
Alius, in quo ΑVΤ cum capite laureato. Ær. 3.

Magno in pretio habendi hujusmodi nummi, qui singuli ex diversis typariis formis prodierunt cum Augusti titulo, et loricato pectore, addita etiam laurea, et tit. ΑVΤ. in postremo, quibus addendi duo alii diversi inter se, et ab his quoque, qui extant apud Sestin. Epist. T. IV p. 41. Probant enim non minimo ante tempore, quam Macrinus cum filio interficeretur Diadumenianum Augusti titulum a patre accepisse, ac propterea Antiochenos in pluribus suis nummis adjicere potuisse. Ex quo sequitur nummos Ægaeensium, ut superior, cum notis ΔΞC, qui carent eo titulo Augusti signatos fuisse non parvo sane ante utriusque necem intervallo.

Μ ΟΠ ΔΙΑΔΟVΜЄΝ......... Caput nudum Diadumeniani Caesaris.

ΙЄΡΑϹ ΒΥΒΛΟΥ *Sacrae Bybli* in Phoenicia. Astarte cum attributis in templo distylo a Victoria columnae imposita coronatur. Ær. 2.

Μ ΟΠ ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΔΙΑ *M. Opel. Antoninus Diadum. Caes.* Caput nudum Diadumeniani Caes. cum paludamento ad pectus.

ΚΙΒΥΡΑΤΩΝ in Phrygia. Fortuna stolata, et tutulata stans, dex. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 2.

Μ ΟΠ ΔΙΑΔΟVΜЄΝΙΑΝΟϹ ΚΑΙ. Caput Diadumeniani Caesaris radiatum.

ΑΔΡ ΜΟΨЄΑΤΩΝ ЄΤΟΥ ЄΠ C Ara accensa cum basi,

quae a duobus fulcris sustinetur, intermedius in imo cernitur cancer. Ær. 2. Tab. XXVIII. num. 272.

Ex insperato eximium hunc nummum diu frustra expetitum, a doctiss., humanissimoque Viro D. Millingen postquam integram seriem veteris possessoris sibi comparaverat, adeptus sum, eumque alteri Macrini patris cum eisdem notis pariter anecd. adjungere potui. Vide lib. de Epoch.

.... ΤΩΝΙΝΟC ΔΙΑΔΟVΜЄΝΙΑΝΟC .... Caput nudum Diadumeniani Caes. cum paludamento ad pectus.

ΥΠ CΤΑΤΙΟΥ ΛΟΝΓ .. ΝΙΚΟΠΟΛΙΤ Haec in ambitu, in area vero, et in imo ΩΝ ΠΡΟC ΙCΤΡΩ *Sub Statio Longino Nicopolitarum ad Istrum*. Juppiter nudus stans, d. pateram, s. hastam. Ær. 2.

Vide supra in Macrino.

Μ ΟΠ ΔΙΑΔΟVΜЄΝΙΑΝΟC ΚΑΙC. Caput nudum Diadumeniani Caesaris.

ΤΡΙΠΟΛ ... In imo ΘΚΦ An. DXXIX Navis velo expanso, et Dioscurorum signa. Ær. 2. Tab. XXVIII. n. 271.

Nunc primum in lucem prodit praeclarus iste nummus, cujus notas chronol. illustratas vide in lib. n. de Epochis.

NVMMI COLONIARVM

M OPEL ANTONINVS DIADO .... Caput Diadumeniani sine laurea.

COL FL PAC DEVLT *Colon. Flav. Pacensis Deulton*. Fortuna stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 2.

In Thracia sita erat haec Colonia, a qua rarus, et elegans hic nummus editus.

Μ Ο ΑΝΤΩΝЄΙΝ ..., *M. Opel. Antoninus*. Caput Diadumeniani nudum.

... ЄΔЄCCΑ ΜΕ *Col. Edessa Metropolis*. Caput turritum, et velatum. Ær. min.

M. AVR. ANT. ELAGABALVS

A. . . . M AVP ANTΩNINOC Caput Elagabali laureatum pectore loricato, cum signo incuso initio inscriptionis, in quo ejusdem Imp. imago expressa videtur.

ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ *Alabandus* in Caria. Lyra Apollinis in medio areae. Ær. 2.

AVT K M A ANTωNEINOC Caput Elagabali laureatum.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞ ΥΠΑΤΟC ΤΟ Ξ. In area ΔΕ Aquila stans expansis alis, intra pedes astrum, et rostro coronam gerit. Ær. 2.

Notatione digna Ξ in hoc nummo, quae ad annum Consulatus exprimendum adjecta dicenda est, eo quod praecedat ΥΠΑΤΟC ΤΟ. Elagabalus Consulatum IV non excessit. Hinc σφάλμα admittendum, atque addenda ista nota An. VII Eckhelii, et Sestinii Catalogis. Neque de Caracalla suspicari fas est, nam et ille usque ad IV consulatum, nec ultra processit.

AVT KAI MAP AV ANTωNEINOC CE Caput Elagabali laureatum.

ΔΕ

S. C Aquila. Omnia intra lauream. Ær. 3.

Alius, in quo caput Elagabali radiatum, scriptumque AV ANTΩNEINOC. Ær. 3.

Alius, in quo AVT KA M AVP A . . . . . Ær. 3.

Alii duo, sed aries loco aquilae. Ær. 3.

. . M C M AVR ANTONINVS intermediis tribus punctis . . . supra caput laureatum Elagabali. Supple IMP CAES.

Δ Ε, et infra astrum: omnia intra coronam lauream. Ær. 3.

Alius similis, sed capitis epigraphe vitiata. Ær. 3.

Ex singulorum diversitate liquet non paucos cum graeca, aliquem etiam cum epigraphe latina Elagabalo dicatos

fuisse. De horum genere nummorum tres veluti canones statuit Eckhel. D. N. V. T. III pag. 300. Primo, quod capitis latinam inscriptionem contineant ab Augusto, usque ad Nervam: secundo, quod a Trajano incipiens graeca inscriptio, deinceps perseveret, uno dempto L. Veri exemplo apud Sestin. Tertio denique, quod ex iis, quos ipse viderit desinat haec classis in Elagabalum. Sed aliter jam statuendum: nam in Augusto descriptum supra invenies nummum cum graeca capitis epigraphe; insuper modo patet praeter L. Veri exemplum, alterum ex Elagabali nummis offerri cum latina inscriptione in anteriori parte. Ad tertium demum, quod spectat, suis inferius locis descriptos videbis unum Philippi junioris, eximium alterum Aemiliani, qui ad hanc classem pertinent, augentque Sestinii, et Eckhelii Catalogos, qui in Elagabalo finem habent.

AVT K M AVP ANTωNINOC Caput Elagabali laureatum cum paludamento ad pectus.

ΑΡΑΔΙΩΝ, et in imo Є ΣΟΥ *Aradiorum An. CDLXXVII.* Cypressus inter taurum, et leonem se respicientes. Ad caput leonis astrum, atque hinc, et inde signa militaria, nempe manus expansa, et parvum vexillum hastis imposita. Quatuor Ær. 2. Tab. XXVIII. n. 273, et 274.

Duo ex his nummis exhibent faciem juvenilem, ut de Elagabali imagine dubitari nequeat; reliqui duo vultum magis trucem, virilemque, ut ad Caracallae similitudinem accedere videantur; sed typus aversae partis idem plane in omnibus, eademque epocha id vetant. Notandus primus numerus Epochae transversa linea expressus sic Σ, cujus rei plura occurrunt exempla in nummis, alibi a me memoratis. Non dubium autem, quod anno VII exprimendo adhibita fuerit ea nota.

Cl. Comes Verità ad me pro sua humanitate, et in bonas literas amore similem prorsus his nummum transmiserat.

Equidem lineamenta vultus ad Caracallam pertinere possent, ductus etiam, et forma primae notae episemon, sive annum VI exprimere videtur. Sed cum caetera plane consentiant, nempe dispositio literarum, quibus utraque epigraphe continetur, typus aversae partis; ex vultu autem certam conjecturam facere minime liceat, utrum potius Caracallae, quam Elagabalo nummus sit adscribendus, denique in eo nummo supersint tantum vestigia epochae, atque ut jam vidimus, prima nota etiam in meis inversa ratione inscripta fuerit, ut ad episemon accedat, nummus ille quoque ad Elagabalum referendus. De iisdem iterum, eorumque notis vide in lib. n. de Num. Imp. cum epoch.

Caput Elagabali laureatum, vitiata epigraphe.

ΑΡΓΕΙΩΝ circa nummi ambitum, in medio vero coronae Δ magnum. Ær. 2.

Hujus Vrbis Catalogum accurate texuit Cl. Sestinius Epist. Tom. III. pag. 111, et seqq., uberiorem deinde addidit numerum in *Catalogo Arigoniano Castigato* Berolini edito An. 1805. pag. 48, et seq. Ex quibus omnibus libenter eidem praeclariss. Viro assentior, quod singuli fere hujus generis nummi Argolidi sint adscribendi, et vix pauci excipi possint, qui ad Valeriani familiam spectantes, ob adjectas notas quasdam numericas Ciliciae assignari queant ex Pellerinii, et Eckhelii opinione. Confirmat hic noster lectionem lit. solitariae Δ in similibus Elagabali, et Gordiani. In duobus citati Catal. Arigoniani pag. 49 pariter intra coronam, loco lit. solitariae, legitur ΝΕΜΕΙΑ, idest *certamina Jovi Nemaeo sacra*, eratque prope arcem hujus Vrbis stadium ad ea peragenda ab Hadriano restitutum. De lit. Δ in nostro illud certi statui potest, ad annos imperii designandos minime insculptam fuisse, corona enim aliquod certaminis genus indicat, ad quod referatur. Simplex Α in aliis de ludis *Actiis* interpretari solet. Lit. Δ de Demetriis, vel de

Didymeis intelligi posset in hoc nostro: quae tamen quaerendo unice dicta sint.

ANTΩNINOC AVΓOVCTOC Caput Elagabali laureatum cum lorica ad pectus.

BYZANTIΩN Ara ignita inter duas nassas erectas, quae sunt ad capiendos pisces inventae, atque adhuc in usu apud Byzantium habentur. Ær. 1.

Haec instrumenta pro taedis passim accipiuntur, sed non ita est, ut ex eorum figura facile est conjicere. In aliis Byzantii pisces signarunt, in aliis vero nassas ipsis capiendis idoneas, quae recte a Sestinio describuntur.

AV KAI M AVP ANTΩNIN.... Caput Elagabali laureatum.

ΓABAΛEΩN Fortunae stantis typus. Ær. 2.

Rudis fabricae nummus.

Macrini etiam alter, quem omisi, et tertius Aquiliae Severae, quem vide infra, sunt sine epocha. De lectione ΓABAΛEΩN, non TABAΛEΩN in hisce meis res est perspicua, praeter editos a Vaill., et Sestinio. Aut igitur duplex agnoscenda est ΓABAΛA in Syria, quarum una epocham signaverit, minime vero altera; aut certe statuendum unam eandemque Gabalam epocham aliquando in nummis silentio praetermisisse. Praeter Gabalam, quae a Strabone prope Laodiceam Syriae statuitur, altera memoratur Stephano in Phoenicia, consentientibus in id vetustis aliis optimae notae Scriptoribus. Discrimen fabricae, et metalli de duplici Gabala admittenda argumentum praebet.

AVT K M AVP ANTωNI..C Caput Elagabali radiatum cum paludamento ad humeros.

ΓAΔAPEωN AΠC Anno CCXXCI Navis cum octo remigantibus, infra delphinus. Ær. 1. Tab. XXVIII. n. 275.

Notis chronologicis eximii hujus cimelii solide probatur initia imperii Elagabali non ultra mensem Aprilem anni V. C. Varr. CMLXXI proferri posse, ut fuse jam probatum

in Lib. de Vulg. Ær. Emend. Qua de re vide etiam lib. n. de num. Imp. cum notis chronologicis.

AV....... ANTΩNЄINOC Caput Elagabali laureatum cum paludamento.

ЄΔЄCCAIΩN Roma galeata thoraci insidens cum parazonio in sin. coronatur a figura muliebri stolata retro stante cum hasta. Ær. 2.

Thoraci insidet Genius Vrbis Romae, ut etiam apud Arigonium, non vero spoliis, ut communiter ab aliis describitur. Praeeunte eruditiss. Bayerio in Hist. Osrhoen. recte jam hujusmodi nummi Macedoniae assignantur. Altera enim Mesopotamiae jam inde a Caracalla, sub quo Reges finem habuerunt, sese Coloniam inscribit. Peculiaris est ille, quem refert Sestinius Descript. N. V. p. 550 sub Commodo, in cujus aversa legitur KOA. M. ЄΔЄCCA. Nomen MAP AVP in iis Caracallae frequens, sed ex cit. nummo Commodi ab hujus patre M. Aurelio derivatum videtur.

AVT K M AVP ANTΩNЄINOC Caput Elagabali laureatum cum paludamento.

ЄΠI CTP TPYΦΩNOC AΠЄΛΛA Cybele turrita sedens, d. pateram, sin. scipionem, et crotalum, cui innititur, ad pedem d. leo. In imo ЄPMOKAΠHΛЄITΩN. Ær. m. Tab. XXVIII. n. 277.

Nummus integerrimus paucissimis hujus Vrbis Lydiae adjiciendus. Nam Hadriani tantum, Sept. Severi, et Treboniani Galli hactenus innotescunt apud Pellerinium, et Vaillantium. Accedit *Tryphonis Apellae* Praetoris nomen, quo magistratus hujus Vrbis dignitas, et munus altero jam teste confirmatur. Hunc ipsum Sestinius vulgavit Descript. N. V. p. 420.

AV K M AVP ANTΩNINOC Caput Elagabali laureatum cum paludamento ad pectus.

ΘЄCCAΛONIKЄΩN Cabirus, sive Elagabalus sub Cabiri figura paludatus juvenili facie stans habitu brevi, d.

incus., s. malleum: ad pedes hinc inde ara, sive cippus, ex quo assurgit palmae ramus. Ær. 2.

Alius, sed Victoria gradiens, d. icunculam, ad humerum sinistrum palmae ramus. Ær. 2.

Sub Cabiri imagine Imperatores, Caesaresque non semel ab hac Vrbe expressos fuisse docent nummi plures in hac n. serie videndi.

AV KAI M AV ANTΩNINOC Caput Elagabali laureatum.

ΙΑΙΕΩΝ Pallas galeata, d. hastam, s. victoriolam, retro ad pedes clypeus. Ær. 2.

AVT K M A ANTΩNINOC Caput Elagabali radiatum.

ΛΑ....... ΜΗΤΡΟΠ....Ω.... ΔΟC Aquila alis expansis cippo insistit, rostro coronam gerens. Ær. 1. Tab. XXVIII. n. 276.

Hunc exhibere placuit, et quidem delineatum, ut ex alio magis integro, qui in lucem prodeat suppleri, suaeque integritati aliquando restitui possit. Postremae tres literae, quae integrae manent epocham continere videntur. Sed primae lit. ΛΑ de Laodicea Syriae Metropoli interpretari nequeunt, cum illa sub Sept. Severo Colonia jam facta fuisset, et latinis literis uteretur, ejus etiam epocha olim adhibita non consentit. Non alia superest, quae incipiat a ΛΑ, quam Lampsacus, quaeque tum fuerit Metropolis, et quidem Propontidis, cui postremae tres literae ΔOC aptari possent, sed spatium, quod superest id excludit, ut etiam vocem ΝΑΥΑΡΧΙΔΟC.

AVT KAIC M AVP...... Caput Elagabali laureatum.

KAIC ΠΑΝΕ...... ACY In area CKA An. CCXXI Astarte tutulata, ac brevi habitu stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae, pede s. rupi imposito. Ær. 2. Tab. XXVIII. n. 278.

En novum aliud insigne monumentum ad ea confirmanda, quae de Vulg. Ærae, sive Dionysianae labe ex instituto demonstrata sunt in Lib. nostro. Alterum novum

pariter monumentum vide in nummis Augusti Judaeae cum not. L. KH. De his in libro de Epoch.

.... NTΩNEI Caput Elagabali laureatum.

ΜΗΤΡΟΠ ΚΑΙ...... ET Δ *Metropol. Caesarea* Mons Argaeus, in cujus ima parte, ut supra: An. IV. Ær. 2. Addendus annus iste Catalogo Eckhelii.

AVT K M AVP ANTΩNINOC AVΓ Caput Elagabali laureat.

KA Λ

X .. Hercules nudus stans in templo tetrastylo, d.

ΔΩΝΙΩΝ clavae innititur, s. leonis exuvias gestat.

AONIΩN Ær. 1. Tab. XXVIII. n. 279.

Chalcedon Bithyniae juxta Bosphorum Thracium ex opposito Byzantii sita, a Megarensibus condita apud veteres Scriptores memoratur. Hinc vox AONIΩN, quae extrema linea continetur, ad ejus originem designandam minime spectare videtur. Megara namque Vrbs, altera erat Siciliae, altera in Megaride, atque Atticae partem constituebat. Aonia vero erat Boeotiae Regio montana, sic vocata ab Aone Rege, qui factione suorum ex Apulia pulsus in Boeotiam se contulerat, ibique populis montes habitantibus imperaverat, a quibus etiam creditus Neptuni filius, quemadmodum fabulosae herojcorum temporum historiae comminiscuntur. Hinc suspicari fas est potius concordiam exprimi inter Vrbem Chalcedona, et Aoniae populos, absente licet voce OMONOIA. De eadem inita inter Vrbes etiam, quae magno terrarum spatio disjunctae erant verba fecimus supra in nummo Ceretapensium Commodi. In nummo vero autonomo eorundem Chalcedonensium mentio pariter habetur concordiae cum Byzantiis omissa voce OMONOIA. Eum vide apud de Wilde p. 56 Tab. VI. Boeotiam, quae antea Aonia, in nummis aliquando id nomen adhibuisse non invenio. Erit hoc primum exemplum; neque sane repugnat, cum aliae quoque Vrbes posteriori aetate antiqua nomina renovaverint, ut de Eleusa in Commodo patet. Id forte factum dici potest ad

exprimendam societatem, sacrorumque communionem sancitam cum montana tantum Boeotiae regione. Ex prima lit. Ω in voce ΚΑΛΧΑΔΩΝΙΩΝ confirmantur exempla Vaillantii, apud quem in similibus nummis non semel invenitur idem Ω, licet de eo dubitet Eckhelius, quemadmodum etiam lit. Κ pro Χ initio scriptam ex duplici exemplo apud Sestinium T. IV Epist. Num. p. 103, quod idem promiscue factum invenies apud veteres Scriptores. De lit. vero Ο loco Ω vide in nummo Sept. Severi. Cultum Herculis apud Chalcedona, ejusque templi iconographiam confirmat nummus alter Severi apud Vaill. de Numm. Graec. Cl. Sestinius Descript. Num. Vet. pag. 250 hunc eundem nummum referens eam vocem ΑΩΝΙΩΝ adjectam putat ad Vrbis Chalcedonis originem designandam, atque suspicatur Aones una cum Megarensibus eidem condendae interfuisse, exemplum fere simile ex Strabone subdens de condita Heraclea. Eruditi Viri conjecturam minime contemnendam censeo, quam tamen posterioribus, quae in lucem prodeant monumentis firmandam relinquam.

M. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ Caput laureatum, et radiatum Elagabali imberbe cum paludamento ad pectus.
ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. *Commune Cypriorum*. Templum Veneris Paphiae. Ær. 1.

Meus alter Caracallae simili modo inscribitur M ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ, sed imaginem praefert barbatam. Iste imberbis admodum Elagabalo potius tribuendus.

ΑΥ ΚΑΙ Μ ΑΥΡΗ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ Caput Elagabali laureatum cum paludamento.
ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝΕΟΚΟ (sic) Binae taedae erectae, quibus spiris circumvoluti serpentes, qui in area nummi capite simul junguntur super aram intermediam ignitam. Ær. 2.

.... ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ Caput Elagabali laureatum.

..... CΕΛΕVΚΟ ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛ.... *Sub Seleuco Marcianopolitarum* in Thracia. Fortuna stans cum navis gubernaculo, et cornucopiae. Æ̃r. 2.

Confirmat iste hanc Vrbem in usu habuisse scribendi lit. OV per diphthongum Ȣ, cujus rei exempla alia quaedam vide in Catal. Vindob. pag. 56.

.... ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput Elagabali laureatum.

ΦΑ ΝΕΑC ΠΟΛ CYP Π... In area HC. Spei typus. Ær. 3.

Alius, in quo vas magnum, et ex eo erumpit serpens. Ær. 2.

...... Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC Caput Elagabali laureatum.

ΥΠ ΝΟΒΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟ

CIC

ΤΡ ΟΝ Ær. 2.

Sub Novio Rufo Nicopolitarum ad Istrum. Justitia stolata stans, d. bilancem, s. sceptrum gerit. Ær. 2.

Vaillantius, et Froelich. hujus Vrbis nummos, et cum hoc eodem magistratus nomine tam sub Caracalla, quam sub Elagabalo recensent. Sed jam recte praemonuit Cl. Eckhel. D. N T. II p. 17 utrosque uni Elagabalo potius adscribendos. Hic noster, cujus typus aversae partis ab editis diversus, Elagabali imaginem sic expressam exhibet, ut nullus dubitationi locus relinquatur. Haec Nicopolis mediterranea in Moesia inferiori sita erat.

...... ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC Caput Elagabali laureatum cum paludamento ad pectus.

.... ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟΣ ΙΣΤΡΩ *Nicopolitarum ad Istrum* flum. Bacchus nudus stans, d. poculum, s. demissa thyrsum gerit. Ær. 2.

.... ΑΝΤΩΝΙΝΟC Caput Elagabali laureatum.

ΟΡΘΩCΙΕΩΝ. In imo ΓΛΦ Anno DXXXIII. Templum duplici ordine column. cum gradibus, in quo Dea Astarte. Ær. 2. Tab. XXVIII n. 280.

In lib. de Vulg. Ærae Emend. illustr., de eoque etiam vide in lib. saepe cit. de Num. cum notis chronol. Orthosia Phoeniciae.

AVT K M AVPH ANTΩNЄINOC Caput Elagabali laureatum cum paludamento.

ΠЄPINΘIΩN ΔIC NЄΩKOPΩN Mulier stolata stans, d. pateram, s. cornucopiae. Ær. 1.

AV K M AVP ANTΩN.... Caput Elagabali laureatum.

ΠЄPINΘ...... KOPΩN Mulier sedens, d. pateram. Ær. 2. Perinthus Thraciae.

AVT K ANTΩNINOC Caput Elagabali radiatum.

PЄΦANЄΩN Mulier turrita, et seminuda stans, d. pateram, s. cornucopiae, hinc, et inde aquila, pro pedibus bos gibbosus. Duplex Ær. 2. Tab. XXVIII. n. 281.

Similes afferunt Vaillantius, et Catal. Theupol., sed illi legunt PAΦANЄΩTΩN: in duplici nostro clarissime legitur, ut supra, confirmatque lectionem eandem in nummis Pellerinii Elagabali, et Alexandri Severi, de quibus mentionem habet Mel. II pag. 175. Apud Stephanum tamen, Plinium etiam, et Ptolemaeum scribitur per A, vocaturque PAΦANЄAI, et PAΦANЄΩTHC ejus civis. Constituitur in Cassiotide Syriae regione, Plinio vero in Decapolitana. Vnus est omnium typus, quem supra descripsimus, et ad Elagabalum singuli pertinent nummi, si Alexandri Severi alterum excipias a Pellerinio editum. In eodem censu habendum quoque esset celebre quoddam Anniae Faustinae numisma, nisi νοθείας vitio laboraret. Illud ipse quoque post Harduini, et Havercampii praeconium edideram in meo libro de Vulg. Ærae Emendatiòne; sed eo vix edito, de fraude, et dolo in suspicionem veni, eumque repudiavi, atque a meis scriniis exulare jussi. Apud Eckhelium lib. VII, Doctr. Num. V. meum commune cum Havercampio erratum animadversione notatum invenies. Habet Cl. Vir ultro confitentem, quique se ipsum jam retractaverat, antequam ab eo admoneretur.

Videnda quae alibi jam a me adnotata sunt. Namque, ut verissime ait Horatius: *Hanc veniam, petimusque, damusque vicissim*, ut experientia, et exercitatione cautiores facti ea respuamus, in quibus aliquid humani passi fuimus, ac diligentiores simus, ne in idem vitium relabamur. Hoc ipsum sibi accidisse ingenue de se fatetur Vaillantius in praefatione ad nummos praestantiores Imperat. Rom. Quantus autem ille vir fuerit, et in discernendis hujusmodi mercibus, quam praestans, oculatusque judex nemo nostrum ignorat. Idem etiam Eckhelio, ut alios egregios viros omittam, contigisse, ipse de se non uno in loco adnotavit. Atque ego quidem nummum insuper argenteum ab ipso commendatum cum Octaviae sororis Augusti, et Antonii imagine in suspicionem vocandum censui, de quo vide suo superius loco. Jure ne an injuria id a me factum fuerit, judicent peritiores. Concludam autem: decipi, errare humanum esse; sed idipsum studium nostrum acuere debere, ut omni labe sublata veritatem unice diligamus, eamque amplectamur.

AVT KA . . . . . NINOC Caput laureatum Elagabali cum paludamento ad pectus.

CAΓAAACCЄΩN Columna erecta cum grandiori A in superiori parte, media inter duos cippos, sive aras, quarum quaelibet templo distylo, sive arcu continetur. Ær. 1. Tab. XXVIII. n. 282.

Typus peculiaris. In eo, quem exhibet Pellerinius hujus ejusdem Vrbis Pop. T. III. p. 1 signum extat hujusmodi in utraque nummi facie, quod forte ad hanc ipsam columnam referendum.

AV K M AV ANTΩNЄINOC Caput Elagabali laureatum cum paludamento ad pectus.

ЄΠI CЄV IΦIKAЄOVC AP CAITTH In area N Hercules juvenis nudus stans cum clava, et leonis exuviis. Ær. 2. Tab. XXVIII. n. 283.

In hoc habemus exemplum duarum syllabarum AP pro APX, idest *Archontis*, qui erat magistratus hujus Vrbis Saettenorum Lydiae ad Hermum, et Hyllum fluvios positae.

AVT K M AVP ANTΩNINOC Caput Elagabali laureatum cum paludamento ad pectus.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ, et in imo ΛΛΦ *Tripolit. Anno DXXXI.* Templum tetrastylum cum gradibus, in cujus medio ara ignita, atque hinc inde inter columnarum interstitia Divinitatum signa, virile unum, femineum alterum, et in templi fronte aliud parvum signum. Ær. 1.

AVT K M AVP ANTΩN...... Caput Elagabali laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΙ ΝΑVΑΡ..... In imo ΛΛΦ *Tripolit. Navarch. Anno DXXXI.* Navis velo expanso, superne Dioscurorum pilei. Ær. 2. Tab. XXVIII. n. 284.

AV K M AVP ANTΩNIN.... Caput Elagabali laureatum.

ΤΡΙΠΟΛΙ ΝΑVΑΡ Κ ΑC... *Tripolit. Navarch., et asylo gaudentis.* Navis velo expanso, ut in superiori, cum binis superne Dioscurorum pileis. In imo ΛΛΦ Anno DXXXI. Duplex Ær. 3.

Emendandus Vaill., qui similes nummos Sidoni, et Tyriis adscripserat.

Caput Elagabali laureat. epigraphe deleta.

ΤΡΙΠ...... In imo ΒΛΦ. An. DXXXII. Tria templa in unum conjuncta cum gradibus, et Dea Astarte in medio cum attributis. Ær. 2.

Caput Elagabali, et epigraphe, ut in superioribus.

ΤΡ...... ΑΡΧ In imo ΒΛΦ. Navis cum velo explicato. Ær. 3. Tab. XXVIII. n. 285.

....V KAI M AVP ANTΩNINOC Caput Elagabali laureat.

ΤΡΙ....ΤΩΝ. In imo ΓΛΦ An. DXXXIII. Tria templa in unum conjuncta cum gradibus. In medio Astarte cum attributis. Ær. 2. Tab. XXIX. n. 286.

De notis tot praestantium numism. vide lib. de Epoch.

NVMMI AEGYPTII

A KAICAP MA AVP ANTωNINOC €VC C€B Caput Elagabali laureatum juvenili, et imberbi facie.

L B An. II. Aquila stans retro conversa, rostro coronam gestat. Duplex Ær. 2. Tab. XXIX. n. 287.

In epigraphe capitis quid discriminis intercedat inter hanc Elagabali, et alteram, quam describit Zoega sub Caracalla, ibidem jam innuimus. Idem tamen in unica, quam affert Elagabali n. 3, legit AVT KAI MA; in meis autem num. sexdecim, ut jam adnotavimus supra in Caracalla, perpetuo scriptum lego A KAICAP MA, ac plerique saltem certa praeferunt lineamenta Elagabali, quod ad criterium de hisce nummis justo fundamento statuendum aptissimum judico. Cum L A invenire non potui, caret etiam Mus. Borgian.

A KAICAP MA AVP ANTωNINOC €VC C€B Caput Elagabali imberbe laureatum.

L Γ An. III. Caput Jovis Ammonis laureatum. Ær. 2. Tab. XXIX. n. 288.

A KAICAP MA AVP ANTωNINOC Caput juvenile, et imberbe laureatum.

L Γ Victoria gradiens ad sin., d. coronam, s. palmam gerit. Ær. 2.

Alius, sed Victoria d. versus gradiens, utraque manu coronam gestat.

A KAICAP MA AVP ANTωNINOC €V C€B Caput imberbe Elagabali laureatum.

L Γ An. III. Caput Serapidis cum pallio ad humeros, et modio in capite frondibus hederae ornato, in quo facies juvenilis expressa. Ær. 2. Tab. XXIX. n. 289.

Adversae inscriptio, ut in praecedentibus. Caput Elagabali laureatum.

L Δ Anno IV Roma galeata spoliis insidens, d. victoriolam, s. hastam. Ær. 2.

A. KAIC etc. ut in superioribus. Caput Elagabali laureatum.

L Δ Anno IV. Victoria gradiens, s. coronam, d. palmam gerit. Ær. 2. Tab. XXIX. n. 290.

A KAICAP MA AVP ANTωNINOC ЄV CЄB Caput Elagabali laureatum.

L Є Anno V. Providentiae typus, d. elata, sin. duplex cornucopiae. Ær. 2. Tab. XXIX. n. 291.

Addendus iste cum typo providentiae caeteris, qui a Zoega sub anno Elagabali V recensentur. Quid ex hac postrema nota, tam in nummis Elagabali, quam in iis Alexandri Caesaris inferre jure liceat, quidque de imperii Elagabali initio, et fine, eorumque cum Fastis romanis conjunctione statuendum sit ex iis, quae fuse a me demonstrata sunt in lib. de Vulg. Ærae Emend. tam clare patet, ut nihil ad ea hic addere oporteat. Vide etiam nummum Caesareae Cappadociae Alexandri adhuc Caesaris cum eodem anno V.

NVMMI COLONIARVM

IMP CAES M AVR ANTONINVS AVG Caput Elagabali laureatum.

COL IVL AVG FEL BER Hercules juvenis nudus stans cum pallio ad pectus, quod circa brachium sin. involutum retinet medius inter duos angues erectos. Angues barbati sunt, et alati, insuper etiam cristati in vertice. Ær. 2.

Nummus integerrimus.

AVT K M A.... TΩNINOC Caput Elagabali radiatum pectore loricato cum clypeo, et hasta.

MAP AVP ANT. K ЄΔЄCCA *Marcia Aurelia Antoniniana Col. Edessa*. Mulier patrio habitu scopulis insidens, d. fruges, pro pedibus fluvius natans. Ær. 2.

Alius, sed sine clypeo, et hasta habet CЄB AVT K etc. in adversa parte, in aversa vero bina astra, et KOΛ ЄΔЄCCHNωN. Ær.3.

Facies in his duobus certa Elagabali. Cl. Sestinius ubi legitur MAP in similibus Elagabali Descript. N. V. p. 551 legit MAK, ac de titulo Macrinopolis interpretatur; sed vix credibile, quod Edessa in suis nummis Macrini mentionem facere voluerit sub ejus successore, qui tanto illum odio prosequebatur, ut etiam e Fastis ejus nomen abraserit. In hisce nummis tam barbarae, et rudis fabricae facilis commutatio unius literae pro altera. Bina alia exempla vide mox in seqq. in quibus clarissime legitur MAP. Neque id novum, nam hujus tituli *Marciae* vel ipse Cl. Vir plura exempla refert sub Caracalla ibidem pag. praecedenti.

AVT KAI .... AVP ANT Caput Elagabali radiatum.

KOΛω MAP ЄΔЄCCA Caput turritum Col. Edessae. Ær. 3.

AVT K...... AYNωNT (sic). Caput Elagabali radiatum.

KOΛω MAP ЄΔЄC Caput turritum, et velatum Genii Vrbis Edessae. Ær.3.

Σφάλματα notanda in hujusmodi nummis.

IM C M A. ANTONINVS Caput Elagabali radiatum.

MHTPO KOΛ ЄMICΩN HΛIA

ΠYΘIA Vas, atque hinc, et inde lauri ramus erectus. Ær. 2.

Vide de his ludis Eckhel. D. N. T. III p. 312, qui Harduinum merito refellit de ludis Eliis more suo ineptias somniantem, cum tantus Soli ab Emisenis honor haberetur; Solis vero certamina non AΛIAKA, sed AΛIA a Rhodiis etiam appellarentur, dorice nimirum pro HΛIA.

.... AVR ANTON .... Caput Elagabali laureatum.

COL LAOD METROPOL. In area Δ Є. Genius Vrbis, vel Fortuna turrita stans, d. navis gubernaculum, s. extenta. Duplex Ær. 2.

IMP C M ... ANTONINVS Caput Elagabali laur.

..OL LAOD .. ETROPOLEOS. In area Δ Є. Silenus stans dextram attollit, humero sinistro utrem hircinum gestat. In area astrum. Ær. 1.

IMP CAES M AVR ANTONINVS AVG Caput Elagabali laureatum cum paludamento v. d.

AVR PIA SIDON COLONIA M....... Colonus agens boves v. d., et in medio areae vexillum erectum, in quo inscriptum III sinuata parumper litera postrema L. CAL Ær. m. Tab. XXIX. fig. 292.

Cl. Holstenius in Steph. p. 292 similem prorsus attulit, in quo pariter legitur III CAL, cujus lectio ex hoc nostro confirmatur. Vaillantius de Colon. pag. 87 alterum delineatum exhibet, in cujus vexillo scriptum testatur tribus lineis LEG III PAR. eumque Holstenii in dubium revocat, sed immerito; nummus enim hic noster integerrimus. De Legione III Gallica interpretandus videtur, de qua Dio Lib. LV scribit suo tempore unam extitisse in Phoenicia *Gallicam* nomine. Ibidem Vaillantius alium immediate subdit, in quo tres aquilae legionariae tribus signis militaribus impositae: in meo simili in tabella, quae extremae parti adjicitur, non rostra navium, aut parvae aquilae, sed tria puncta in ea, quae media, duo vero in iis, quae hinc inde positae sunt, conspiciuntur. Ex his itaque tribus nummis non injuria inferri posse arbitror Sidonem Coloniam ab Elagabalo constitutam, non ex una tantum Veteranorum Legione III Parthica, sed ex aliis insuper duabus coaluisse, auctamque fuisse.

IMP.........TONINVS AV. Caput Antonini Elagabali laureatum.

COL ALEX AVG Apollo muliebri habitu in cippo, d. pateram, s. arcum, ad humeros pharetram gerit: ante ara accensa super tripodem. Ær. 2.

IMP M AVR ANTONIN Caput Elagabali laureatum.

COL ALEXAN AVG Apollo habitu muliebri stans in cippo, d. pateram, s. arcum: ad humeros pharetram gerit. Ær. 3.

..P CAES.. AV ANTONINVS AV Caput Elagabali laureatum cum paludamento ad pectus.

..VRIORVM Imperator cum chlamyde in lentis quadrigis, d. elata, atque extenta versus astrum superne in area insculptum. Ær. 1. Tab. XXIX. n. 293.

In Tyriorum moneta typus iste nondum perspectus, quod sciam: proculdubio spectat ad cultum, quo Elagabalus ad insaniam usque Syrium suum Numen prosequebatur, a quo ipsemet *Elagabalus* appellatus fuerat. Nummos hujus argumenti tam aureos, quam argenteos, aereosque in unum collectos attulit Eckhel. D. N. V. T. VII p. 249, atque erudite illustravit, quem consule, quin plura hic addere oporteat. In iis nummis SANCT. DEVS SOL ELAGABAL. exhibetur in lentis quadrigis sub forma Lapidis conoidalis, quemadmodum ab Herodiano describitur, vel ipse Imperator togatus stat ad aram sacrificans, inscribiturque INVICTVS, vel SVMMVS SACERDOS DEI SOLIS ELAGABALI. Additum in area astrum Solem ipsum Elagabalum indicat, ut in plerisque aliis ejusdem Imperatoris, suarumque uxorum nummis. Singula haec a suprascripto nummo nostro mirifice confirmantur, et ingeniosa Tyriorum de suo Phoenicio Principe adulatio fit manifesta.

IMP. CAES M ANTONINVS AV Caput Elagabali laur.

TYRIO .... Triremis, in qua mulier stolata media inter duas figuras nudas stans, quarum alteri ad gubernaculum navis stanti sceptro imperare videtur, quo iter arripere debeat. Ad acrostolium navis clypeus appensus: in imo duplex conchylium Ær. 1. Tab. XXIX. n. 294.

Didonem e Phoenice fugam arripientem in hoc nummo exprimi puto. In uno Antiochi IV Syriae Regis, quem vide suo loco, Tyrus literis phoeniciis inscribitur MATER SIDONIORVM, et in altero ejusdem Elagabali Tyrii Didonem sibi vindicantes in condenda Vrbe Carthagine occupatam exhibuerunt, addito ipsius nomine ΔΕΙΔΩΝ. Vide illum apud Vaill. de Col. Parte II p. 93. Non mirum ergo si idem fere typus, ac in nostro, occurrat etiam in nummis Sidoniorum pag. 89, in quibus tamen vel sola Didon fugam arreptura navi insistit, vel cum duabus triremibus Africam petere se ostendit. Miror Pellerinium ad id minime respexisse cum similem edidit S. II p. 54. Tab. III n. 4.

IMP M AVR ANTONINVS A.. Caput Elagabali laureat.
TYRIORVM Triremis cum remigantibus, et velo expanso. Ær. min.

IVLIA PAVLA AVG

AEGYPTIVS

ΙΟΥΛΙΑ ΠΑΥΛΑ CЄΒ Caput, Juliae Paulae Elagabali uxoris cum stola ad pectus.
L Γ Caput muliebre laureat. turrit. Ær. 2.

NVMM. COLON.

IVLIA PAVLA AVG Caput, ut supra.
C G I H.. *Col. Gemella Julia Hadriana Paria* Capricornus cum cornucopiae anterioribus pedibus globum retinet. Ær. 3. Tab. XXIX. n. 295.

IVLIA AQVILIA SEVERA AVG
II VXOR ELAGABALI

ΙΟΥΛΙΑ ΑΚΟΥΙΛΙΑ ϹЄΟΥΗΡΑ Protome Jul. Aquiliae pectore tenus intra lunam bicornem.

.... ΑΝΤΩΝЄΙΝΟϹ ϹЄΒ

ΓΑΒΑΛЄΩΝ Caput Elagabali radiatum cum paludamento ad pectus. Ær. 1. Tab. XXIX. n. 296.

Alium similem, sed Caracallae cum Plautilla vide apud Norisium de Epoch. Syromaced. Dissert. 3. Carent isti epocha, sed sunt raritate praestantes.

ΙΟΥΛ.... Caput Juliae Aquiliae epigraphe vitiata.

ΔΩΡ ΝΑΥΑ.... *Dora Navarchis* Caput turritum, et velatum. Ær. 2. Tab. XXIX. n. 297. A

AEGYPTIVS

ΙΟΥΛΙΑ ΑΚΥΛΙΑ ϹЄΥΗΡΑ ϹЄΒ Caput Severae.

L Є An. V. Aquila retro conversa stans rostro corollam gestat. Ær. 2. Tab. XXIX. n. 297. B

Pertinet annus iste L Є ad iteratum Elagabali cum Aquilia Severa conjugium. Series autem singulorum, quae ex nummis innotescunt hoc ordine disponenda. Primum contraxit Elagabalus cum Jul. Paula anno imperii sui Ægyptiaco Γ, aut certe paulo ante Neomeniam Thoth ejusdem anni, ita ut Alexandrinis innotescere debuerit inita jam Neomenia suprascripti anni Γ. In eodem conjugio perseveravit partem aliquam anni subsequentis Δ Ægyptiaci. Hoc eodem anno Δ in matrimonium accepit, Paula repudiata, Aquiliam Severam, eoque anno adhuc labente hanc quoque dimisit, accepta in ejus locum Annia Faustina, quae per aliquod tempus anni quoque subsequentis Є continuavit. Sed hoc postremo anno Є, aliis, atque aliis sibi junctis, ad Aqui-

liam demum Severam rediit. Haec ex nummis videndis in Catalogo Zoegae. Vide etiam, quae in lib. II. de Vulg. Ærae Emend. probata sunt, et alibi.

ANNIA FAVSTINA III VXOR

AEGYPTIVS

ANNIA ΦAVCTINA...... Caput Faustinae proprio comae ornatu.

LЄ An. V Nilus decumbens cum cornucopiae in s., ante pedes meta, sive obeliscus, quem puerulus amplectitur. Ær. 2.

Ex Mus. Obizzi.

Similem fere typum offert etiam nummus Elagabali sub eodem anno V.

Sequitur alter ejusdem Anniae Faustinae Coloniae Ptolemaidis delineatus Tab. XXIX. n. 198, sed in eo improbi Artificis scalprum, dolus, et fraus non obscure deprehenditur in nomine Faustinae substituendo, nummo caeteroquin antiquo. Hinc inter spurios rejiciendus, quod ad cautionem notatum volui.

IVLIA SOEMIAS AVG

MATER ELAGABALI

IOVA COAIMIAΔ CЄB Caput Jul. Soemiadis Aug.

ΓABAΛЄ..... In area Z... Fortuna tutulata stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 3.

Post notam Z reliquae majores evanuerunt. Ex epochae tamen hujus Vrbis cardine supplendae ΞC, ut annum indicent CCLXVII, ac respondeat anno partim V. C. CMLXXIV

a vere ineunte, partim sequenti. Sed de his ut incertis nulla babenda ratio.

IOVAIA...... MIAC CЄB Caput Jul. Soemiadis cum stola ad pectus.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΒΛΦ An. DXXXII. Templum tetrastylum cum ara ignita in medio, et utrimque inter columnas Dei, Deaeque simulacrum. Ær. 1. Tab. XXIX. num. 299.

De epocha vide lib. n. de Num. Imp. cum not. Chronol.

IVLIA MAESA AVG

IOVAIA MAICA CЄB Caput Juliae Maesae Aug.

NЄIKOΠΟΛЄΩC Navis cum remigantibus. Ær. 3. Tab. XXIX. n. 300.

Nicopolis Epiri, quae in nummo Alexandri Sev. se Navarchidem appellat.

IOVAIA MAHCA CЄB Caput Maesae pectore stola ornato.

CAMIΩN Figura muliebris habitu brevi, facie conversa dex. extendit, laeva vero clypeum lunatum gerit; ac pede sinistro prorae navis imposito, iter mox susceptura videtur. Ær. 1. Tab. XXIX. n. 301.

Typus non infrequens in nummis Samiis. Vide alterum sub Gordiano Pio. Notatione tamen dignus, quoniam ad aliquod illustre factum, vel historiam ejus Vrbis pertinere dicendus est. Vaillantius in eo sub Julia Domna, et Alexandro Sev. figuram virilem agnoscit retro respicientem etc. sed attendenti, ut caetera omittam, clypeus, quem sin. gerit ea figura est lunatae formae, in extremis utrimque in punctum desinens, ac peltam Amazonicam exprimit, ut clarius eadem sese conspicienda praebet in nummo Faustinae sen. sub Vrbe Ephesiorum, quem vide suo loco. Recte Wildius p. 185 Amazonem agnovit, nummumque illustrat praeeunte Plutarcho, qui narrat Amazones quondam Bacchum fugien-

tes ex Ephesia ditione in Samum evasisse. Ad hanc igitur fugam Amazonum respicere potest aversa pars, quodque cives Samii eisdem in suam civitatem perfugium praebuissent. Nec nisi honori ipsorum vertendum duco, quod deinceps Bacchus constructis navibus transfretasset, ut prosequitur ibidem Plutarchus, consertoque praelio multas Amazonum interfecisset eo in loco, qui apud Samios Παναιμα, hoc est *totus sanguis* appellatur. Nam ex hoc ipso patet Amazones, ut erant bellicosissimae, eo in praelio strenue se gessisse, multis etiam hostium interfectis, ita ut locus ille memoratu dignus evaserit. Haec autem licet in conjectura posita sint, aliquid tamen probabile innuunt, quod ad hujus aversae illustrationem facere potest, ideoque non omittendum censui.

NVMMI COLONIARVM

IVLIA MAESA AVG. Ejus caput proprio eorum temporum more ornatum.

TYRIORVM Lapis ingens, cui involutus serpens. Hinc conchylium, inde palma arbor, ut in simili Elagabali apud Vaill. Ær. 1.

...... AESA .... Caput Juliae Maesae comptis capillis, et parva mitella in vertice.

COL..... PIA MET

SIDON Europa tauro vecta utraque manu peplum supra caput sustinet. Ær. 2.

M. AVR. SEV. ALEXANDER. AVG

AVT K M AV CЄOV AΛЄΞANΔ..... Caput Alex. Sev. laureat. .... ЄVΓ.. NЄOC infra AIΓAIΩN Navis praetoria, supra quam HOΣ An. CCLXXVIII. Ær. 2. Tab. XXXVIII. n. 55.

Minor nota exhibere videtur Θ, nempe ann. IX. Hoc etiam posito epocha cum annis imperii Alex. Sev. consentit. Vide in lib. de Epoch.

AVT K M AVP CЄV AΛЄΞANΔPOC Caput Al. Sev. laureatum cum paludamento ad pectus.

AMΦIΠOΛЄITΩN Figura muliebris turrita, et stolata sedens, d. pateram. Ær. 3.

M AVP CЄV AΛЄΞANΔPON AVΓ Caput Alex. Sev. laur.

BIΘYNIЄΩN AΔPIAN *Hadrian. Bithynium* Æsculapius stans, d. baculum, cui involutus serpens. Ær. 3. Tab. XXIX. n. 302. A

In altero Antonini Pii suo loco descripto clare legitur AΔPINΩN loco AΔPIANΩN, ut etiam in nummo Getae Caes. quos vide.

AVP CЄV ..... ΔPOC Caput Alex. Sev. laureat.

BYZANTIΩN Botrus. Ær. 3.

AV K M C AΛЄΞANΔPOC Caput laureatum.

ЄPЄCIΩN CT A CЄV ΓAPOC *Eresiorum Praetor L. Sev. Garus* Fortuna stolata, et turrita stans cum attributis. Ær. 3. Tab. XXIX. n. 302. B.

Binos habemus vulgatos autonomos hujus Vrbis: in uno legitur EPECI apud Pell. p. 111, in altero integre EPECIΩN apud Arigon. sed iste primus cum Imperatoris imagine, et Praetoris nomine. A Communi Lesbiorum cum Strategi magistratu dicatos nummos Commodo referunt Vaillantius, et Liebius. Recte itaque se habet hic noster, qui ad eandem praeclaram, nobilemque Lesbi Insulam spectat.

M. AVP. AΛЄΞANΔPOC KAICAP Caput Alexandri Sev. juvenili facie sine laurea.

ΘЄCCAΛONIKЄΩN Victoria gradiens, dex. Cabirum, s. palmam. Ær. 2. Tab. XXIX. n. 303.

Praestans nummus ob Caesaris titulum. Ægyptios cum eodem Caesaris titulo videsis paulo infra suo loco, et in Vrbe Caesareae Cappad. cum Anno V. Addendus iste cae-

teris hujus Vrbis, quos magna copia editos invenies apud Sestin. D. N. V. p. 120.

AVTO K CЄV AΛЄΞANΔPO Caput Alexandri Sev. laureatum.

ΘЄCCAΛONIKЄΩN Cabirus paludatus stans juvenili facie inter aram ignitam, et cippum, e quo ramus emergit, cum malleo in s., et clavo in d. Ær. 2.

Sub Cabiri imagine Alex. Sev. designari putaverim.

AVT. K. M. AVP. CЄ. AΛЄΞANΔPOC CЄB Caput Alexandri Severi laureatum cum paludamento.

ЄΠI CTP A M. ΠΩΛΛIANOY ΘYATЄIPHNΩN Juppiter sedens, d. aquilam, s. hastam. Ær. m. m. Tab. XXX. n. 304.

De hoc Praetore vide Sestinium. Descript. N. V. p. 441. Praetoribus autem hactenus editis hujus Vrbis alter addendus ex Museo Comitis Thomae de Verità, in quo servatur hujusmodi nummus.

AVT KAIC M AVP CЄV AΛЄΞANΔPOC CЄB Caput Alexandri Severi laureat.

ЄΠI CTP T APOYN ANTΩNЄIN... ΘYATЄIPHNΩN In area K Effigies Solis radiata in curru a quatuor leonibus vehitur.

M AVPHΛIOC AΛЄΞANΔPOC K. Caput Alexandri Severi juvenile sine laurea, et cum paludamento ad pectus.

MHTPOΠ KAICAP Mons Argaeus supra mensam, in qua ЄT Є. Ær. 2. Tab. XXX. n. 305.

Quamvis editus non tamen omittendus, eo quod Alexandro Sev. dicatus fuerit, cum ab Elagabalo adoptatus, et Caesar factus est. Annus itaque V ad Elagabali imperium refertur, ut in Ægyptiis mox videbimus. Hinc sequitur annos Principum Romanorum ab hac Vrbe in sua moneta sine dubio signatos fuisse. Si autem initium anni civilis Cappadocum, postquam in potestatem S. Populique R. redacti sunt, fixum auspicari coepisse admittamus a die XII mensis Decembris ex calculis eruditi Bellej, quem consule B. L. T. XXXV p. 624, ut jam etiam dictum est in nummo Ma-

crini hujus Vrbis, nummus iste editus dicendus erit intra trimestre spatium, antequam Elagabalus mense martio circa diem XI A. V. C. Varr. CMLXXV interficeretur. Atque hoc loco mirari subit cum plures innotescant nummi Alexandri Sev. jam Imperatoris hujus Vrbis cum annis A, Γ, Δ, Є, etc. usque ad H, nulli hactenus inventi sint cum ЄΤ. B. Ex eo quod Alexand. Sev. jam Caesar Consul processerit Kal. Jan. An. V. C. CMLXXV, ut nummi latini commatis fidem faciunt, certo consequitur ejus adoptionem factam anno praecedenti V. C. CMLXXIV. Ex nummis vero Caesareae Libani ejusdem Alexandri adhuc Caesaris cum notis BΛΦ, itemque ex iis Orthosiae cum duplici anno BΛΦ, et ΓΛΦ inferre oportet eundem adoptatum fuisse saltem paulo ante autumnum A. V. C. CMLXXIV, ut antequam exiret An. BΛΦ, posteaque inito An. ΓΛΦ eidem Alexandro Caesari ii nummi signati intelligantur. Ex quo sequitur Cappadoces ex praemissa ipsorum methodo antequam exiret annus IV imperii Elagabali, iniretque V, Alexandro Caesari nummos dicare potuisse cum ЄΤ. Δ, qui tamen non extat esset autem ipsis An I Caesareae dignitatis Alexand. Sev., annus vero V ЄΤ. Є imperii Elagabali, esset ipsis an. II ejus Caesareae dignitatis. Sed haec quamquam ita sint, nihil tamen prosunt ad nodum solvendum: cur nulli hactenus innotescant nummi Alexandri jam Imperatoris cum An. II ЄΤ B, cum tamen plures ejus generis habeamus cum ЄΤ. A, quorum ipse binos possideo, quos cum caeteris jam notis non omittendos putavi. Vnum restat asserere, eosdem aliquando in lucem proditüros.

AV K M AVP CЄOV AΛЄZANΔPOC Caput Alexandri Severi laureatum.

MЄTPOΠ KAICAPI. Mons Argaeus, in cujus mensa ЄΤ A Anno I. Duplex Ær. 2.

Alii, sed ЄΤ. Є, ЄΤ. ς, ЄΤ Z. Ær. 2.

AVT AΛЄΞANΔPOC Caput Alexandri Severi laureatum.

ΚΟΤΙΑΕΩΝ *Cotiaens.* in Phrygia. Pallas galeata stans, d. pateram ad aram, s. hastam, et clypeum. Ær. 3.

AVT K M AVP CEV AΛΕΞΑΝΔΡΟC Caput Alexandri Severi laureatum.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ Binae aquilae stantes alis expansis, rostro sustinent lunam bicornem, in qua astrum. Ær. 3.

Ad Magnesiam, quae ad Meandrum spectare dicendus est ob signum Dianae, quae sub Leucophrynes cognomine magno in honore habebatur apud hanc Joniae Vrbem, cujus etiam templum magnis laudibus celebrat Strabo vidend. lib. XIV.

M AVP CEV AΛΕΞΑΝΔΡΟC Caput Alexandri Severi laureat.

ΛΕVΚΟΦΡΥC ΜΑΓΝΗΤΩΝ Astrum intra lunam bicornem. Ær. 3.

Superiori jungendus.

Tertium accipe ex Museo March. Obizzi, quem jam alibi honoris causa nominavi.

AVT K M AVP AΛΕΞΑΝΔΡΟC Caput Alexandri Sev. laureat.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΠΙ ΓΡ ΤΥΧΙΚΟΥ *Sub Scriba Tychico Magnetum*. Æsculapius stans baculo innixus, cui involutus serpens. Alius stat in area erectus. Ær. m. m.

Spectabilis nummus ob integritatem, tum ob Scribae nomen *Tychicus*, quem iterum nominatum reperies apud Vaillantium in Otacilia, et apud Eckhel. D. N. T. II p. 529. Sestin. D. N. V. pag. 343 legit ΕΠΙ CΤΡΑ loco ΕΠΙ ΓΡ. Scriba enim proprius hujus Vrbis magistratus.

Sequitur alter ejusdem Musei aeque praestans, atque integritate conspicuus maximi moduli nummus Miletopolitarum Mysiae cum magistratu a me pariter descriptus.

AVT KAI M AVP CEBA AΛΕΖΑΝΔΡΟC Caput ejusdem laur.

CΤΡΑ... ΑΙΑ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ In imo ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Mercurius cum petaso in capite, et caduceo in d. rupi insidet, cui s. cubito innititur. Ær. m. m.

.. M AVP CEV AΛΕΖΑΝΔΡΟC AVΓ Caput Alexandri Severi radiatum.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩ... Mulier stolata stans, d. bilancem, s. sceptrum. Ær. 3.

M AVP ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC AVΓ Caput Alexandri Severi laur. ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ Hygia serpentem pascit. Ær. min.

In praecedenti legitur ΔΙC ΝΕΩΚ, in hoc clarissime ΤΡΙC. De hoc Neocoratu ΤΡΙC falso existimavit Vaill. initium demum habuisse sub Valeriano. Sed Pellerin. très jam vulgavit cum capite Anton. Caracallae inscriptos ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ Mel. II p. 288. Binos alios Alexandri Severi reperies in Catal. Theup., ut alia omittam exempla videnda etiam apud Sestin. Descript. N. V. p. 264, De Neocoratu modo ΔΙC, modo ΤΡΙC, ejusque implexa ratione vid. Eckhel.

A K M AV CEB ΑΛΕΖ.... Caput Alexandri Severi laureat.
.... ΝΙΚΟΠΟΛΕΩC *Sacra Nicopolis* in Epiro. Mulier tutulata sedens, d. pateram, s. cornucopiae. Ær. 3.

... AVP ΣEV ΑΛΕΖΑΝΔΡΟΣ Caput Alexandri Sev. laureat.
ΠΡΙΝΘΙΩΝ (sic) ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ Vas, e quo emergunt binae palmae. Ær. min.

M AVP CEVH ΑΛΕΞΑΝΔ..... Caput Alexandri Severi laur.
ΠΡΟVΣΑΕΩΝ Juppiter sedens cum attributis.

Prusia haec Bithyniae ad Olympum sita erat, ejusque gentile ΠΡΟVΣΑΕVΣ, quo se ab aliis ejusdem nominis Bithyniae Vrbibus distinguebat.

AV K M AVP CEVHP ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC Caput radiatum Alexandri Severi cum paludamento ad pectus, et in collo habet signum incusum, cujus forma similis Δ, in cujus medio o parvum.
CEΛΕVΚΕΩΝ ΚΑΛΙΚΑ *Seleucensium ad Calicadnum*. Pallas galeata aegida praetendens sin., hastamque vibrans d., cum Gigante, sive monstro barbato, vastique corporis dimicat, eumque veste in brachio sinistro protectum, ac repugnantem, binis etiam an-

guibus, in quos desinit contra Palladem arrectis, hasta petit, conficitque. Ær. 1.

De hoc typo videnda, quae egregie adnotavit Eckhelius Num. Vet. p. 231 in nummo simili Gordiani, sed ille non habet, ut in nostro, vestem e brachio sinistro dependentem, et pumilionis staturam vix excedit. Quae autem subdit vir clariss. D. N. T. III p. 66 ex Nonno, et Mela, hunc Gigantem fuisse Typhoeum Cilicem, cujus cubile prope Corycum, quae non longe aberat a Seleucia ad Calycad. cum vetustiorum poetarum testimoniis minime conciliantur. Nam Homerus, Virgilius, Lucretius, ut de aliis sileam, Gigantem Typhoeum Jovis fulmine ictum narrant, et sub Inarimen Insulam Campaniae detrusum. Virgil. Æneid. IX.

Tum sonitu prochyta alta tremit, durumque cubile
Inarime Iovis imperiis imposta Typhoeo.

Lucr. vero lib. IV.

Conditur Inarimes aeterna mole Typhoeus.

Sed de rebus mythologicis, mirum quantum inter se dissentiant veteres Scriptores. Nam Ovidius Met., et Strabo lib. 23 ex Pindaro illum sub Aetna Siciliae sepultum narrant.

De signo incuso aliud habes exemplum in nummo ipsius Alexandri, sed cum diverso typo apud Pellerin. Suppl. II pag. 68, tum alia in Gordiano Pio pag. 82, cujus etiam conjecturae laudandae, de illius interpretatione.

ΑV Κ Μ ΑVCЄ ΑΛЄΞΑΝΔΡΟC Caput Alexandri Severi laur.
CΚΗΨΙΩΝ ΔΑΡΔΑ *Scepsis Dardaniae* in Troade. Bacchus nudus stans, d. cantharum, s. thyrsum, pro pedibus tigris. Duplex Ær. 2.

Vaill. in Sept. Sev., et Jul. Domna censuit nummos hujus Vrbis epocham continere, sed jam Pell. Mel. T. II p. 140 animadvertit eundem in errorem abreptum, ac legendum loco ΛΑC, vel ΒΑC, ΔΑΡ, vel ΔΑΡΔΑ etc. ut in nummis bene multis, inter quos hic noster.

AVT . . . . . . M AVP CEVH AΛEΞANΔPOC Caput Alexandri Sev. laureatum.

MHTPO ΠONTOY In imo TOMEΩΣ Binae figurae medio corpore nudae parvis monticulis insidentes: unaquaeque d. volumen, sive sceptrum gerit, altera ex iis laeva navis gubernaculum retinet, et supra caput utriusque astrum imminet. In medio areae inter utramque lit. Δ. Ær. 2.

Symbola haec explicari posse videntur de loco ubi sita erat Tomitarum Vrbs. De monte Tomaeo mentionem habent Thucydid. lib. 4, et Stephan. de Vrb. Quod ad Euxinum insuper Pontum versus Istrum posita esset, veterum pariter testimonio constat. In duobus Vaillantii nummis, Pescennii nempe, et Gordiani Pii binae Nymphae jacentes exhibentur urnis aquam vomentibus innixae, quo symbolo duplex ostium non obscure innuitur. Caetera de Dioscurorum cultu, qui maxime apud Tomitas vigebat, et de Metropolis Ponti dignitate, de qua in nummis jam inde ab Antonino gloriari coepit, commode explicari posse videntur. Vide alterum Maximi Caesaris apud Pellerin. Mel. II pag. 214 Tab. XXXI fig. 1, in quo non pauca desiderantur, quae in hoc meo conspiciuntur, de quibus tamen Eruditorum judicium esto. Tomitanam Vrbem Ovidii exilio nobilitatam fuisse nemo est, qui ignoret.

NVMMI AEGYPTII

MAP AVP AΛЄZANΔPOC KAICAP Caput juvenile Alexandri cum titulo M. Aur. tantum, et sine laurea.

LЄ An. V Pallas galeata stans, d. victoriolam, s. clypeum sustinet. Ær. 2. Tab. XXX. n. 306.

Alius, sed ipsius Palladis caput galeatum. Ær. 2.

MAP AVP AΛЄZANΔPOC KAICAP Caput sine laurea Alexandri Caesaris.

L Є An. V Caput Solis radiatum cum tutulo in vertice, et ante faciem caduceus, in quo palmae ramus. Ær. 2. Tab. XXX. n. 307.

.... ZANΔPOC KAICAP Caput nudum.

L Є An. V Serapis cum modio in capite stans, d. hastam, s. vestem elevat. Arg.

Quatuor Alexandri Caesaris describit Zoega in suo Catalogo, neminem tamen ex Museo Borgiano, quod horum praestantiam, et raritatem indicat. Primus ex meis habet MAP in epigraphe capitis, ubi apud Zoegam legitur M. AVP. Secundus, et tertius plane anecdoti, ex quo sequitur septem non minus typis, vel metallo diversos hactenus innotescere cum L Є in Alexandro Caesare. Hinc ad ea, quae diximus de hoc anno paulo ante in Vrbe Caesarea Cappadociae haec subjungere praestat: quoniam in tanta copia nummorum, qui Alexandro adhuc Caesari ab Ægyptiis dicati fuerant nullus extat, qui signet An. IV, L Δ imperii Elagabali, consequens fieri, quod adoptio ipsius Alexandri non praecesserit diem XXIX Augusti, sive Neomeniam Thoth. A. V. C. CMLXXIV. quo exibat annus Elagabali imperii IV, sive L Δ Ægyptiacus; vel ad summum adoptionem illam ita praecessisse, ut de ea ad Ægyptios fama pervenire non potuerit ante diem XXIX Augusti anni s. s. CMLXXIV; ideoque ipso mense Augusto anteriorem non esse statuendam. Dignum praeterea observatione est, quod cum habeamus hactenus descriptos numos Alexandri Caesaris cum not. L Є, qui finem habuerunt paulo post interitum Elagabali; extent vero etiam plures ejusdem Alexandri jam Imperatoris, et Augusti cum An. I imperii L A videndi in Zoegae Catalogo, qui coeperat a caede Elagabali, finemque habuit revertente Neomenia Thoth, sive die XXIX Augusti An. V. C. Varr. CMLXXV, ex his certo sequi necem ipsius Elagabali haud equidem mense Septembri evenire potuisse juxta Zoegae, aliorumque opinionem; sed necessario retrahendam

esse ante aestatem ejusdem anni, ac rectissime constitui ex Dionis historia, aliisque indubiae fidei monumentis in mensem martium anni s. s. ut saepe alias, et in lib. N. Ærae Vulg. a me probatum est.

A ΚΑΙ Μ ΑΥΡ CЄΥΗΡ ΑΛЄ Ξ ΑΝΔΡΟC ЄΥ CЄ Caput Alexandri Severi laureatum.

L A An. I. Aquila stans rostro conversa ad d. corollam gestat.

Interficitur Elagabalus ineunte martio A. V. C. Varr. CMLXXV. Editus itaque hic nummus post id temporis, et ante XXIX diem Aug. ejusdem anni, quo jam numerandus annus imperii II. ex Ægyptiaca methodo.

.... ΑΙ ΜΑΡ ΑΥΡ CЄΥΗΡ ΑΛЄΞ ΑΝΔΡΟC ЄΥ CЄΒ Caput Alexandri Sev. laureatum cum paludamento ad humeros.

L B An. II Victoria gradiens, d. corollam, ad hum. sin. palmam gestat. Ær. 2.

A ΚΑΙ ΜΑΡ ΑΥΡ CЄΥΗΡ ΑΛЄΞ ΑΝΔΡΟC ЄΥ CЄΒ Caput Alexandri Sev. laureat.

L Γ Providentiae typus. Arg.

A ΚΑΙ Μ ΑΥΡ CЄΟΥΗΡ ΑΛЄΖΑΝΔΡΟC ЄΥ CЄΒ Caput Alexandri Severi laureatum.

L ΤЄΤΑΡΤΟΥ An. IV Serapis cum modio in capite sedet, d. extensa ad cerberum stantem, s. hastam. Ær. 1.

Animal, sive monstrum triceps vocatur a Macrobio Saturn. lib. I, quod stat ad Serapidis pedes, ejusque dextra compescitur, cujus formas sic describit idem Auctor, quod medio, maximoque capite referat leonis effigiem, dex. parte canem blandientem, laeva vero rapacem lupum.

..... ΚΑΙ Μ ΑΥΡ CЄΟΥΗΡΟC ΑΛЄΞΑΝΔΡΟC ЄΥ CЄΒ Caput Alexandri Severi laureatum cum paludamento.

L ΤЄΤΑΡΤΟΥ An. IV. Serapis tutulatus stans, dex elata, sin. hastam transversam. Ær. 1.

A ΚΑΙ Μ ΑΥΡ CЄΟΥΗΡ ΑΛЄΖΑΝΔΡΟC ЄΥ CЄΒ Caput Alexandri Sev. laureatum.

L ΠЄΜΠΤΟΥ An. V Serapis stans, d. elata, s. sceptrum, et vestem involutam sustinet. Ær. 1.

A ΚΑΙ Μ ΑΥΡ CЄΟΥΗΡ ΑΛЄΖΑΝΔΡΟC ЄΥ CЄΒ Caput Alexandri Sev. laureatum.

L ΠЄΜΠΤΟΥ An. V Serapis sedens, d. extensa ad cerberum, s. hastam. Ær. 1.

Alius, sed Caput Jovis Ammonis. Ær. 1.

Isti V spectabiles, et Catal. Zoegae prae caeteris addendi.

A ΚΑΙ ΜΑ........ ΖΑΝΔΡΟC ЄΥ Caput Alexandri Sev. laureatum cum paludamento.

LЄ An. V. Fortuna tutulata in lectisternio, d. navis gubernaculum regit. Ær. 2.

A ΚΑΙ ΜΑ ΑΥΡ CЄΥ........ Caput Alexandri Sev. laureat.

LЄ Anno V. Nilus barbatus decumbens, d. fruticem aquatilem cum glandis, sive fructus quadam specie in summa parte dependente; s. cornucopiae, in quo puerulus. Ær. 2. Tab. XXX n. 308.

In hoc, et in altero paulo infra sub anno XII Nilus jacens arbusculam, aquatilem, sive fruticem gestat, in cujus vertice dependet fructus quidam, qui qualiscunque sit Arundini convenire nequit. In quibusdam etiam Trajani, Hadriani, et Antonini nummis idipsum videre mihi visus sum. Sed in his duobus clarius, quam in caeteris. Num celebris, et notissimi usus, arbuscula papyrus hic subintelligenda? quae praecipue teste Plinio lib. XIII c. XI, in palustribus Ægypti, ac quiescentibus Nili aquis nascebatur, quaeque in gracilitatem fastigiata, thyrsi modo cacumen includebat. Ex comparatione aliorum similium numismatum id luculentius deinceps ab eruditis statui praestabit.

A ΚΑΙ ΜΑ ΑΥΡ CЄΥ ΑΛЄΖΑΝΔΡΟC ЄΥ Caput Alexandri Sev. laureatum.

Lϛ An. VI Fortuna tutulata stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 2.

A KAI M AVP CEOVHP AAEZANΔPOC EVCEB Caput Alexandri Sev. laureatum.

L EBΔOMOY An. VII Serapis stans cum modio in capite, d. elata, s. sceptrum. Pulcherr. Ær. 1.

A KAI etc. ut supra.

LEBΔOMOY An. VII Caput Jovis Ammonis. Ær. 1.

A KAI MAP AVP ..... ZANΔPOC EVC Caput laureatum.

LI An. X. Capita jugata Solis, et Lunae, illud radiatum, istud cum signo bicorni in vertice: in area palmae ramus. Ær. 2.

..KA MAP AVP CEV... ΞANΔPOC.... Caput Alexandri Severi laureatum.

L IA An. XI. Fortuna stans, dex. navis gubernaculum, sin. cornucopiae. In area palmae ramus. Ær. 2.

A KAI MAP AVP CEV AAEZANΔPOC Caput Alexandri Severi laureatum.

L IB An. XII Nilus barbatus sedens, d. fruticem aquatilem, sin. cornucopiae, in imo palmae ramus. Ær. 2. Tab. XXX. n. 309

De hac fruticis specie diximus paulo supra sub Anno V ejusdem Alexandri Severi.

A KAI MAP AVP CEV AAEZANΔPOC Caput Alexandri Severi laureatum.

L IΓ An. XIII Trophaeum cum duobus captivis, et palmae ramo. Ær. 2.

...... MAP AVP CEV AAEZANΔPOC Caput Alexandri Severi laureatum.

L IΓ An. XIII Æsculapius stans, d. pateram super aram accensam, s. baculum, cui involutus serpens. Ad latus areae palmae ramus. Ær. 2.

A KAI MAP AVP CEV AAEZANΔPOC Caput Alexandri Severi laureatum.

LIΔ Anno XIV. Providentiae typus, et palmae ramus in area. Ær. 2. Tab. XXX. n. 310.

Caput, et epigraphe Alexandri Sev., ut in superioribus;

L IΔ Juppiter sedens, d. pateram, sin. hastam, ad pedes aquila, et ex opposito in area palmae ramus. Ær. 2.

Caput, et epigraphe Alex. Sev., ut supra.

L IΔ Caput Jovis laureatum v. d., ante quod in area palmae ramus. Ær. 2.

Postremus Alexandro Severo annus imperii XIV ex methodo Ægyptiaca, a labente martio anni V. C. Varr. CMLXXV ad idem circiter tempus, vel certe non ultra ineuntem aestatem anni V. C. Varr. CMLXXXVIII, quemadmodum rem ita se habere docuimus in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. Ab anno X ad supremum in singulis nummis Alexandri Severi in area additur palmae ramus, cujus rei causam explicare nititur Eckhelius D. N. T. IV p. 92.

Atque hos selegisse sufficiat ex magno numero, quo series etiam nostra abundat.

NVMMI COLONIARVM

IMP CAES...... ALEXAN..... Caput laureatum Alexandri Severi pectore loricato.

ANTIOCH COL CA.... Deus Mensis stans cum luna falcata ad humeros, sin. pede capiti bovis imposito, d. hastam, s. victoriolam palmae ramum ad humerum ferentem gestat, ad pedes stat gallus gallinaceus. Ær. 3.

Typum hunc in Alexandro Severo nondum editum invenio, ideoque addend. Catal. Col. Caes. Antioch. Pisidiae, quem uberrimum exhibet Sestin. Ep. Num. T. IV. p. 135. post alterum T. I. p. 60, et illi, quem adjungit Descript. N. V. pag. 395.

.... M A CЄ AΛ..... Capita Alexandri Severi, et Mamaeae se respicientia.

MHT...... CCHNωN Supple KOA ЄΔЄCCHNωN Mulier turrita, et velata rupibus insidens, d. parvum tem-

plum sustinet, ad pedes fluvius natans. In area quatuor astra, et ara. Ær. 1. Col. Mesopotamiae.

Edit. apud Vaill., sed sistrum putavit quod Genius Vrbis palma gerit. In altero etiam n. minimae formae idem templum, quod d. gerit figura sedens clare conspicitur. Quamplures alios omitto, in quibus nonnisi σφάλματα quaedam notanda in nomine praesertim Alexandri. Modo enim scribitur ΜΑ ΑΛΕΝΔϹΡΟϹ ΚΑ, modo ΑΛΖΑΝΔΡΟϹ etc.

.... ΑΥΡ ΑΛϹΞΑΝΔΡΟϹ Caput Alexandri Sev. laureat.

ϹϹΠ ΚΟΛΩ ΝϹϹΙΒΙ *Septimia Col. Nisibi* in Mesopotamia. Caput turrit. velat., in area astrum. Ær. 2.

IMP. ALEXANDER PIVS AVG Caput Alexandri Severi laureatum.

COL IVL AVG PELLA Vir nudus rupi insidens, d. capiti admovet lauream veluti sibi impositurus, aut jam impositam innuens, laeva pedum tenet. In area fistula pastoralis. Ær. 2.

Notandus *Pii* titulus, qui Alexandro adijcitur. Apud Vaill ant. neque in simili, neque in caeteris Coloniarum hujus Imperatoris occurrit. Ex calculis Eckhelii sub hoc Principe eidem in moneta commatis romani primum accessit sub ejus Trib. Potest. X. In nummis Ægyptiis jam ab anno primo ejus imperii, ut ex allatis supra suo loco fit manifestum. Varie in iis scribitur: modo tantum ЄV, modo vero ЄVϹ, ЄVϹЄ, ЄVϹЄΒ, denique apud Cl. Zoegam in nummo Pelleriniano sub Mamaea n. 4 ЄVϹ ϹЄΒ. Ex quo mea confirmatur sententia, quod etiam praecedentes nummi, in quibus praeter ЄV, additur Ϲ, vel ϹЄ, aut ϹЄΒ interpretationem postulare merito videantur de *Pio Augusto*. Hoc typo Apollinem Nomium Thessali Regis armenta pascentem non immerito designari autumant de Wilde, Vaillantius, caeterique fere Auctores. Vide quae adnotata sunt in simili nummo Maximini.

IMP SEV ALEXANDER AV Caput Alexandri Sev. laur.
COL IVL AVG PELLA Ceres tunicata sedens, d. ori admovet, s. spicas gerit, et laevo cubito sellae innititur, ejusque caput spicea corona ornatum cernitur. Ær. 2.

IMP M AVR SEV ALEXAND AVG Caput Alexandri Sev. laurearum.
COL.... PTOLEM..... *Colon. Ptolemais* Phoeniciae. Imp. eques pacificatoris habitu, d. extenta v. s. Ær. 3. Vide Vaill.

.....AE M AVR SEV ALE..... Caput Alexandri Severi laureatum cum paludamento ad pectus.
COL AVR PIA .. MET SID Currus cum templo tetrastylo, et Astartis idolo, ut in Elagabali nummis. Ær.2. Caeteris typis editis addendus.

IMP SE ALEXANDER. Caput Alexandri Sev. laureatum.
CO AL.. TROAD Imp. eques decurrens ante signum Apollinis cippo impositum cum arcu, et patera. Ær.2.
Alius, in quo COL AVG etc. Ær. 3.

Pertinent hi nummi ad tutelare numen Troadis Apollinem, et ad Alexandri Sev. adventum in eam Vrbem designandum, cum ad Persicam expeditionem properaret. Consule Vaillantium, qui horum parum dissimiles erudite illustrat.

.... S ALEXANRV (sic) Caput Alexandri Sev. laureat.
COL AL AVG TROA Apollo nudus, pede d. saxo imposito, lauri ramum gestat. Ær. 2.

IM SE AAEXANDER AV Caput Alexandri Sev. laureat. cum paludamento ad pectus.
COL ALE AVG TRO Aquila explicatis alis, et in altum respiciens caput bovis unguibus arreptum retinet. Ær. 2.

SALL. BARBIA ORBIANA AVG

ΒΑΡΒΙΑ ΟΡΒΙΑΝΗ CЄΒ Caput Barbiae Orbianae Aug.
ΑΠΗΝΗ ΙЄΡ .. ЄΦЄCCΙΩΝ *Thensa sacra Ephesiorum*. Thensa s. a duobus equis vehitur, in qua astrum. Ær. 1. Tab. XXX. n. 311.

Tam clare, et perspicue in hoc praestanti nummo anecd. conspiciuntur insculpti bini exultantes equi, qui thensam sacram vehunt, ut oculi, nec falli, nec fallere possint. Idem autem confirmat praestans alius Gallieni nummus suo loco videndus. Itaque nec fides abroganda, ut ego quidem sentio, optimo Judici Vaillantio, qui in uno Antonini Pii cum simili, sed quadriugi thensa, equos eandem trahentes, se agnovisse testatur, cum idem ipse sacram Ephesiorum pompam, et processum in aliis multis, non ab equis, sed a mulis vehi fateatur. Nec aliter sentiendum puto de Auctore Catal. Theupol. in Add. pag. 1309, de Arigonio, aliisque, qui de junctis equis in aliquot thensis sunt testes. Cl. Eckhel. si unum ex recitatis nummis suis met oculis conspexisset, aliam protulisset sententiam ab ea, quam praeeunte auctoritate Scholiastis Pindari, et Athenaei pronunciavit D. N. V. T. II p. 517. Discriminis ratio esse potest, quod equi jungerentur, cum Solis astrum veheretur, muli vero cum Dianae signum.

IVL. MAMAEA AVG

IVLIA MAMЄIA AVG Caput Mamaeae Aug.
ΑΒΥΔΗΝΩΝ Abydus Troadis. Fortuna tutulata stans cum navis gubernaculo, et cornucopiae. Ær. 2.
ΙΟΥΛΙΑ ΜΑΜΑΙΑ ΑΥΓ Caput Jul. Mamaeae.
ΕΠΙ ΑΙ ΣΕΥΗΡΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ Bini pisces delphino intermedio. Ær. 1. Tab. XXX. n. 312.

In Catal. Theup., et apud Vaillant. sub Alexandro Severo cum Phari typo in aversa parte legitur ΕΠΙ ΑΙΜΙ ΣΕΥΗΡΟΥ etc. In hoc nostro Mamaeae tantum ΕΠΙ ΑΙ ΣΕΥΗΡΟΥ, ut supra, quae binae initiales lit. ad Aelii potius nomen designandum aptae videntur.

Alius, in quo ΕΠΙ ΣΩΤΗΡΙΧΟΥ cum eodem typo. Ær. 2.

In alio legitur ΕΠ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ etc.

ΙΟΥΛΙΑ ΜΑΜΑΙΑ CΕΒΑ Caput Jul. Mamaeae.

ΜΑΚΕ

ΕΥΝΟΜΙC

ΠΙCΤΟCΕΟC

ΟΙ ΝΕΩΚΟΡ

ΚΑΙ...... In medio coronae.

Vitiata, et incertae lectionis epigraphe, in qua Macedones de sua bona voluntate, fide, Neocoratu, etc., gloriari videntur. Sed ab alio magis integro deinceps vera numi lectio petenda erit. Similia exempla habes in Vrbe Smyrna, item in Vrbe Gaza, Anazarbo etc. Gaza in marm. Muratorii pag. 1048 dicitur:

ΠΙCΤΗ Η ΕΥCΕΒΗC

ΛΑΜΠΡΑ ΚΑΙ

ΜΕΓΑΛΗ etc. ut alia id genus omittam exempla.

ΙΟΥ ΜΑΜΕΑ CΕΒ Caput Jul. Mamaeae Aug. in luna bicorni.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ *Perga* in Pamphylia. Fortuna tutulata stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 3. Tab. XXX. n. 313.

Elegans nummus.

ΙΟΥ ΜΑΜΕΑ CΕΒΑCΤΗ Caput Mamaeae Aug. cum stola ad pectus.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ Hercules nudus stans, d. cantharum, s. clavam, et spolia e brachio dependentia. Duplex Ær. 3.

Hos describendos duxi, quod inter se comparati perfecte aequales sine ullo prorsus discrimine mihi visi sint, ex

quo inferre liceat nummos aliquos admittendos, qui sibi in omnibus consentiant, quin tanquam spurii sint rejiciendi. Idipsum etiam me deprehendere visus sum in tribus Samiorum Gordiani patris, in totidem Seleuciae ad Calycadnum Gordiani, et Tranquillinae, denique in tribus Tabalensium ejusdem Tranquillinae, et Gordiani Pii.

NVMMI AEGYPTII

IOV MAMAIA CЄB MHT CTPA *Jul. Mamaea Aug. mater castrorum*. Caput Mamaeae Aug.

L Δ An. IV Caput Serapidis cum modio in capite. Ær. 2. Tab. XXX. n. 314.

IOV MAMAIA CЄB MHT CЄBA K CTPA Caput Mamaeae Aug. *Jul. Mamaea Aug. mater Aug., et castrorum*.

L I An. X Providentia stans, d. elata, sin. duplex cornucopiae. In area ante pedes lauri ramus. Ær. m. Tab. XXX. n. 315.

IOV... CЄB MHT CЄBA K CTP Caput Mamaeae Aug. *Jul. Mamaea mater Aug., et castrorum*.

L IB An. XII. Caput Palladis galeatae. In area palmae ramus. Ær. 2.

NVMMI COLONIARVM

IVLIA MAM.... AVGVSTA Caput Mamaeae Aug.

COLONIA BOSTRA Caput Serapidis calatho ornatum v. d. Dupl. Ær. 3. Bostra Arabiae.

IVLIA MAMAEA AVGVSTA Caput Jul. Mamaeae.

COLONIA BOSTRA Caput muliebre turritum v. s. pone cornucopiae. Ær. 3.

Vide Vaillantium, qui tamen censuit ab Alex. Severo Bostram Coloniam factam fuisse, contradicente jam nummo Elagabali apud Pellerinium Mel. I. pag. 299, tum nostris

insuper octo supra allatis pag. 8, et seq. Caracallae Coloniae nomine inscriptis; cum autem ipsius quoque graecos habeamus ejusdem Vrbis, non injuria ab eo, vel a patre Sept. Severo Bostram Coloniam deductam fuisse statuendum erit.

IVLIA MAMAEA AVG Caput Mamaeae Aug.

COL FL PAC DEVLΓ Juppiter sedens, d. pateram, s. hastam, ad pedes aquila. Ær. 3. Deultum Thraciae.

CAIVS . IVL . VER . MAXIMINVS . AVG

AV K Γ IOV OVH MAΞIMINOC Caput Maximini laureatum.

ΘЄCCAΛONЄIKAIΩN Cabirus stans laureatus, et insuper paludatus inter aram ignitam, et cippum, e quo emergit ramus, s. malleum, d. incudem. Ær. 2. Tab. XXX. n. 316.

Scribitur in aliis nummis fere semper hujus Vrbis nomen sine duplici diphthongo ЄI, et AI, quod notandum in hoc nummo. Sed alia sphalmata Monetariorum in hujusmodi nummis cudendis notavimus supra in duobus ejusdem Vrbis Neronis, et alibi. Clarissime cernitur in hoc integerrimo incus, quem gerit Cabirus, loco clavi, qui in aliis, bene multis conspicitur.

AVT K Γ IOVΛ OVHP MAΞIMINOC Caput Maximini laur.

ΘЄCCAΛONIKЄΩN Cabirus cum chlamyde stans capite nudo, et facie juvenili, d. incudem, s. malleum gerit, inter duplicem ramum basi impositum. Ær. 2.

Recte in hoc scribitur nomen Vrbis. Notanda in utroque praeter singula praenomina Maximini, imago Maximi Caesaris sub figura juvenili Cabiri in aversa parte hujus secundi, in prima vero ipsius Maximini, ut videtur, et quidem laureata. Quando solus Cabirus exhibetur, nec chlamydem habet, nec caetera insignia Imperatorum, vel Caesarum.

AV K IOV OVH MAΞIMЄINOC Caput ipsius laureatum pectore loricato v. d.

ΘЄCCAΛON.... ΩN Victoria galeata gradiens ad s. hum. palmam gerit, d. Cabirum parvum sustinet conspicue chlamydatum, laureatum, et cum caeteris attributis in utraque manu. Ær. 2.

Ad victorias Maximini celebrandas editus procul dubio nummus iste, cujus figuram sub Cabiri imagine gestare mihi videtur.

Γ IOV OVH MAΞIMEINOC AVΓ Caput Maximini laureatum.

NIKAIEΩN Pallas galeata stans, d. victoriolam, sin. hastam, ad pedes clypeus. Ær. 2.

Alius, sed leo currens v. d. pede globo imposito. Ær. 2.

...... OV OVH MAZIMЄINOC AVΓ Caput Maximini laureatum cum signo incuso, in quo caput aliud parvum ipsius forte Maximini.

NIKAIEΩN Mulier turrita monstro marino vecta, retro adstante parva alia figura. Ær. 2.

Typus peculiaris in Nicaeensium moneta.

A...... ZIMЄINOC K MAZIMOC KAI Capita Maximini patris, et Maximi Caesaris se respicientia, illud quidem Maximini laureatum, alterum vero Maximi Caesaris sine laurea.

CMYPNAIΩN NЄΩKOPΩN Hercules nudus stans, d. scyphum, s. clavam erectam, et spolia leonis. Ær. 3. Tab. XXX. n. 317.

NVMMI AEGYPTII

AVTO MAΞIMINOC ЄVC CЄB Caput Maximini laureatum.

L B An. II Mulier stolata, et tutulata sedens, d. elata, sin cornucopiae. Ær. 2. Tab. XXX. n. 318.

AVTO MAΞIMINOC ЄVC CЄB Caput Maximini laureatum cum paludamento ad pectus.

L B An. II Nilus decumbens, d. cornucopiae, s. fruticem aquatilem. Ær. 2. Tab. XXX. n. 319.

AVTO MAΞIMINOC ЄV CЄB Caput ejus laureatum.

L Γ An. III Caput Jovis Ammonis cum globo in vertice, et calantica. Arg.

Mitto alios plures cum capite Solis radiati, cum eo Palladis, Æsculapii, Anubidis etc. unumque subiiciam cum L Δ.

AVTO MAZIMINOC ЄV CЄB

L Δ An. IV Victoria sedens, d. coronam gestat, sin. palmam. Ær. 2. Tab. XXX. n. 320.

Ex hoc, aliisque jam editis cum anno IV sequitur Maximinum eundem in imperio saltem inchoasse, idque mirifice consentire cum historia chronologica eorum temporum demonstravimus in lib. II. de Vulg. Ærae Emend.

NVMM. COLON.

IMP C C IVL VER MAXIMINVS Caput laureatum Maximini cum lorica ad pectus.

COL IVL AVG PELLA Vir nudus juvenili facie rupi insidens dextram capiti admovet, laeva pedum gerit. In area ante pectus fistula pastoralis. Ær. 2. Tab. XXX. n. 321.

In hac figura Apollinem Nomium agnoscunt Vaillantius, de Wilde, aliique passim; Eckhelius vero D. N. T. II p. 75 Deum Pana exhiberi putat, cujus maximus cultus non solum apud Pellam, sed per totam fere Macedoniam, quem sequitur Sestinius. Verum ipse quidem a veteri sententia minime recedendum arbitror; nam pastoritius Deus caprinis pedibus repraesentari solet, ut in nummis Caesareae Paneados, quos non recte a Norisio, aliisque descriptos in Commodo jam adnotavimus. Habet ille praeterea unicam tybiam, quam inflat, cum in hisce adsit septennis fistula quodque ad rem maxime facit; in hoc nostro, et altero

Caracallae, tum Gordiani Vir rupi insidens laureatus apparet, in aliis apud de Wilde tanquam sibi lauream imponens, quod Deo Pani minime convenit, sed una tantum corona ex hedera, nec unquam in nummis eundem ita expressum fuisse memini. At vero laurea corona Apollini debetur, quod Satyrum Marsyam, fistulae sonitu victum suspenderit, et cute nudaverit. Caetera vero pastoria ornamenta Apollini tribuunt veteres Poetae, quando ille a Jove coelo expulsus propter interfectos Cyclopas, Admeti Regis armenta pasceret. Vnus sufficiat Ovidius II Metam. v. 680

Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
Texit, onus dextrae baculus sylvestris olivae:
Alterius dispar septennis fistula cannis.

PAVLINA AVG

ΠΑVΛЄΙ.. C..... Caput Paulinae.

..... ΑΡΙ ΑΔΑΝЄΩΝ Caput muliebre velatum. Ær. 3. Tab. XXX. fig. 322.

Hunc ipsum affert Cl. Sestin., eumque Paulinae Hadriani sorori Serviani Consulis uxori adscribit, quod in aversa parte mulieris velatae effigies ad Sabinae Hadriani uxoris similitudinem accedere sibi visa fuerit. Sed ne eruditissimi Viri sententiam amplectar, inter caetera obstat capitis ornatus in Paulina, ejusque comae in eum modum comptae, qui tantum in usu esse coepit apud Principes Feminas a tempore Elagabali in subsequentes Imperatores. Quod unum certissimo argumento esse debet adversae partis imagine nonnisi Paulinam Maximini uxorem expressam fuisse. De ipsius Paulinae lectione, ut supra scriptum est, dubitare haud licet. Alterum hujus Paulinae nummum descriptum video in Catal. Theup. pariter sine divae titulo, ut in hoc nostro. Adanam Ciliciae ab Hadriano perhonorificum Hadrianae nomen, ut de aliis modo sileam, sibi indidisse num-

mi plures confirmant, idque caeteris ommissis usque ad Valeriani tempora usurpasse. Equidem sub Genio Vrbis Sabinam, et ipse videre videor, quam forsan Adanenses veluti divam colerent, et in aliquo templo una cum Hadriano consecratam servarent sed de hac re aliorum esto judicium.

C. IVL MAXIMVS CAES

Γ ΙΟVΛ ΟVΗΡ ΜΑΞΙΜΟϹ ΚЄ Caput Maximi Caesaris sine laurea.

ΘЄϹϹΑΛΟΝΙΚЄΩΝ *Thessalonicensium*. Ipse Caesar sub Cabiri figura stans, d. clavum, s. malleum: ad pedes hinc urna cum palma, inde arula. Ær. 2.

Alius, sed Victoria cum Cabiro in d., et palma in sin. Ær. 2.

.... ΜΑΞΙΜΟϹ Κ *Jul. Maximus Caesar*. Caput Maximi Caes. laureatum.

..... ΠΑΥΛЄΙΝΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΙΤ.... *Metropolitarum* Phrygiae. Cybele sedens inter duos leones, d. pateram, sin. tympano innititur. Ær. 2.

Alia non semel exempla occurrunt in Maximi nummis de laurea, qua, licet Caesar, ejus caput ornatur. Supple in nomine magistratus: *Sub Praetore Paulino*.

Γ ΙΟV ΟVΗ ΜΑΞΙΜΟϹ Κ Caput Maximi Caesaris cum paludamento ad pectus.

ΤΟΝ ΚΤΙϹΤΗΝ ΜΙΔΑΕΩΝ Protome Midae Regis Midaeorum Conditoris cum pileo phrygio in capite, et paludamento ad pectus. Mentum barbatum exhibet, et asininam aurem dexteram. Ær. 1. Tab. XXXI. n. 323, et in fronte Libri Regum. Nummus elegantia, et integritate praestantissimus.

Pellerinius initio Vol. I sui incomparab. Operis, quo Regum series continetur, similem Regis Midae imaginem ad ornatum delineatum profert, sed cum capite Gordiani

Pii. Noster itaque praestantior ob Maximi Caesaris effigiem, tum ob asininas Midae auriculas, de quibus notissima est fabula ab Apolline irato ob iniquum Midae judicium eidem inductas. Hinc Ovidius II Metam.

.... arguitur tamen, atque injusta vocatur
Vnius sermone Midae. Nec Delius aures
Humanam stolidas patitur retinere figuram etc.

Midaeum Vrbs, quae Midam Conditorem jactat, sita erat in Phrygia ad Elatem fluvium ex praecl. Peller. nummo, de quo tamen altum apud veteres Geographos silentium. Horum nummorum Catalogum exhibet Cl. Sestin. Epist. Num. T. III p. 74, cui propterea hic noster adjiciendus.

Γ ΙΟΥ ΟΥΗ ΜΑΞΙΜΟϹ Κ Caput Maximi Caes. sine laurea cum signo incuso, in quo caput Maximini patris laureatum.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ *Nicaeens.* Mulier stolata sedens, facie retro conversa, d. sceptrum, vel potius facem, s. cornucopiae. Ær. 2. Tab. XXXI. n. 324.

Γ ΙΟΥ ΟΥΗΡ ΜΑΞΙΜΟϹ Κ Caput Maximi Caes. sine laurea, et cum paludamento.

ΠЄΡΓΗΙ (sic) Figura panthea, verius biformis ex Apollinis, sive Solis, et Dianae symbolis constans, caput habet radiatum, dex. arcum, s. facem oblongam accensam gestat, cum cothurnis in pedibus, et habitu breviori venatricis Dianae. Ær. 3. Vide initio Indicis.

Non modo in isto est figura biformis, sed et inscriptio insueta ob adjectum I. Nomen Vrbis ΠЄΡΓΗ legitur in uno Treboniani, quem citat Eckhel. sub ea Vrbe Pamphyliae. Artemis, sive Diana Pergaea saepe in nummis conspicienda se praebet additis Solis, et Lunae symbolis, quae in isto figura ipsa ex utrisque composita exhibentur.

ΙΟΥ ΟΥΗ ΜΑΖ...... Caput Maximi Caes. nudum. Initio inscriptionis signum incusum, in quo caput Maximini patris.

... ΕΩΝ Quadrigae, In qnibus Pluto Proserpinam rapiens; ut videtur. Vrbs incerta, forte Nysae Cariae. Ær. 3.

M ANT GORDIANVS PATER AFR ROM AVG

ΑΥ Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΜ ΡΩΜ ΑΦΡΙ ϹЄΒ Caput Gordiani patris laureat. cum paludamento ad pectus.

ΠΡΥΜΝΗϹΖΕΩΝ Mulier stolata, et tutulata sedens in medio templi tetrastyli, d. parvam bilancem, s. hastam gerit. Ær. m. Tab. XXXI. n. 325.

Nulli hactenus perspecti erant nummi ab Vrbibus graece loquentibus signati cum Africanorum imagine, si Ægyptios, unumque Samiorum excipias, de quo mox dicemus. Hunc Prymnessi mihi sors obtulit mole sua spectabilem, nulli exceptioni subjectum, minimoque a vetustate accepto detrimento. Quo tamen ut parvum meum Nummophylacium ditarem, scrinium ornatiss. et veterum omnis generis Numismatum refertum mihi comparare necesse fuit, quibus habendis nihil mea intererat. Sed merito jungendus iste erat alteri aeque singulari cum utriusque Africani imagine, quem vide paulo infra. In eo iste maxime praestat, quod novum clarissime offerat titulum ΡΩΜ Africano patri adjungendum, simulque lectionem adjuvet ejusdem tituli in altero Aegaeae, in quo ob foramina adjecta ea vox parumper vitiata conspicitur. Scribit Herodianus in Maximino cap.V. *Africanos Gordianum patrem a se cognominasse*. Magis proprie igitur Prymnessus, et Ægaea Vrbs utrosque Romanos insuper appellarunt, quod revera ex nobilissima familia in ea Vrbe orti essent. Commodum etiam nummi tam latini, quam Ægyptii *Herculem Romanum*, et ΗΡΑΚΛΕΑ ΡΩΜΑΙΩΝ nominant. De Prymnesso Phrygiae Vrbe, ac de typo aversae partis habes exempla apud Vaillantium in Tito, et Caracalla, tum apud alios. Nullum hujus Vrbis nu-

misma a Pellerinio recensitum invenio, quod raritatis indicium praebet.

AVT K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝ ΑΦΡ Caput Gordiani Afr. patris laureatum.

ΣΑΜΙΩΝ Fortuna stolata, et tutulata stans, d. navis gubernaculum. Ær. 2. Tab. XXXI. n. 326. A.

Primus, qui ex hujusmodi nummis inventus fuerat delineatus exhibetur in Opere egregio Vaillantii de Num. Graec. edition. Amstelaedam. An. MDCC in prima Iconum Appendice. Alterum jam a multis annis servabam in meis scriniis, sed, ut ingenue fatear, de eo mihi non levis animo inhaeserat suspicio ob Vaillantii silentium, a quo in serie Imperatorum omissum videbam. Verum cum Venetias me contulissem ad obsequii officia praestanda recens electo Pio VII P. N. O. M. in Museo Persici P. V. de quo alibi non semel a me honorifica mentio facta est, binos alios ejusdem Africani inveni, qui cum quamplurimis aliis caeterorum Imperatorum ab Insula Samo advecti fuerant, quique cum hisce comparati nihil offerebant, quod merito in suspicionem vocari posse videretur, aeque ac de reliquis quo ad singulorum primigeniam, germanamque antiquitatem. Quem hic exhibeo unus est ex duobus laud. Musei Persici, idemque ab Artis nostrae peritis, qui Romae sunt, in examen revocatus, institutaque comparatione cum bene multis Musei n. ejusdem Insulae, quo ad fabricam, metallum, literarum ductum, ac caetera, quae attendenda sunt, parem cum aliis commendationem tulit. Quapropter nimium morosus viderer, si adhuc de ejus authentia dubitarem. Sub Tito jam notavimus cum Eckhelio Samios a Sept. Severi aetate nummos suos rudis admodum fabricae emittere consuevisse, ex qua suspicionem de iis non semel oriri posse agnoscimus. Praeter hunc nostrum, duosque memoratos, et alterum insuper Vaillantii in iconismis propositum, quintum ex Museo Hennericiano a Cl. Beauvais descriptum vi-

debis Hist. abreg. des Emp. T. I. pag. 347. Notandum demum tres Gordiani patris Samios a me inspectos, etiam quo ad genae vitium inter se plane similes inventos fuisse.

ΑΚ Μ ΑΝ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΜ ΑΦΡ ЄΥ ϹЄΒ Caput laureatum Africani patris.

L A An. I. Aquila rostro inflexo corollam gerit. Ær. 2. Tab. XXXI. n. 326. B

Ex vultus lineamentis senilem aetatem exhibentibus conjicere licet nummum hunc ad Africanum patrem spectare. Nihil autem profici posse ad idipsum probandum ex voce ϹЄΜ, sive *Venerabilis* titulo in sequenti numismate clare patebit.

GORDIANVS PATER ET F. AFRI ROM AVGG

ЄЄΟΥϹ. ΓΟΡΔΙΑΝΟΥϹ. ϹЄΜ. ΡΩ.. ΑΦΡΙ ϹЄΒΒ *Divos Gordianos Venerabiles Romanos Africanos Augustos* (honorant). Capita utriusque Gordiani Africani laureata, seque respicientia.

ϹЄΥ. ΑΔΡΙ. ΑΙΓЄΑΙΩΝ. ΝЄ. ΝΑ· In area $\frac{\Delta C}{\Pi}$ An. CCXXCIV Aquila alis expansis arae, vel cippo imposita. Ær. m. Tab. XXXI. n. 327.

Magno in pretio pariter habendum hoc insigne numisma, quod in graeca Vrbe, ut alterum patris signatum fuerit: quod utriusque Gordiani imagines simul conjunctas referat, tum praeter *Afri.* et *Ven.* titulos, nomen insuper alterum *Rom.* contineat: denique quod apotheosis mentionem faciat, quam ex adjectis notis chronologicis primo quoque tempore, et adhuc utroque sene Principe Balbino, et Pupieno superstite, a Senatu decretam intelligimus. Ex his autem non modo eorum temporum historia mirifice confirmatur; verum etiam Ægaeensium epocha illustratur, de qua consule peculiarem lib. n. de Epoch., sive de Numm. Imp.

cum notis chronologicis. Ex hoc etiam praestanti monumento sequitur falsum esse criterium, quod Pellerin. proponit, approbante Eckhelio: nummos nempe cum titulo CЄM ad Gordianum seniorem esse referendos, in iis vero, in quibus omittitur junioris imaginem agnoscendam esse. Patet enim in hoc nostro utrique ex aequo illud honorificentiae nomen adscribi.

Hunc ipsnm jam edidit Cl. Sestinius Descript. N. V. p. 402, sed omisso titulo PωM, incertam faciente lectionem foramine ibidem adjecto, quam certa modo ratione supplendam suadet alter Gordiani patris paulo ante descriptus.

D. CAELIVS BALBINVS AVG

AVT K KAIΛI BAΛBEINOC Caput Caelii Balbini Aug. laur.
AVT K..... Δ ΠOVΠIHN..... In area hinc inde Π Π Caput M. Clodii Pupieni Aug. laureatum. Ær. 2.
Ex Mus. Persico.

Vrbs incerta, quae eximium hunc nummum emisit in utriusque Principis honorem, quorum imperium trimestri circiter spatio circumscriptum circa mediam aestatem anni V. C. Varr. CMXCI. finem habuisse demonstravimus in lib. n. de Vulg. Ær. Emend. p. 294.

M. CLOD. PVPIENVS MAX. AVG

NVMM. AEGYPT.

Π K Π KΛω ΠOVΠIHNOC CЄ Caput Pupieni laureat.
L A An. I. Victoria sedens, d. corollam, s. palmam. Ær. 2.
Tab. XXXI. n. 328.

Prima lit. in hoc scribitur Π pro A, tertia pro M, sed hujusmodi errores ea aetate non infrequentes, ut in Tarsensi, quem addere lubet Equitis Ruschout ex Proceribus Northvvich

Londinensis mihi dudum amicitia conjuncti, et in rebus numismaticis eruditione, et scientia clariss. sic autem se habet:

AVT KЄC M KOΔ ΠOΠAHNIOC CЄ Caput Pupieni radiatum cum paludamento. In area Π Π.

TAPOY MHTPOΠOΛЄΩC A M K B Γ Pallas galeata gradiens, d. victoriolam, s. clypeum cum hasta. Ær.m.m.

Vides quantum jam artes ea aetate in Vrbe Tarso defecissent, ejusque artifices peccarent in inscriptionibus describendis, coelandisque.

Eidem alterum subjungere praestat olim a me descriptum apud Rmum Trombellium Rhenanae Canonic. Congregationis decus, et ornamentum, quem ego adolescens religiosissime colui ob nostra haec studia, ejusque non vulgarem scientiam, eximiamque morum probitatem.

M KΛΑ ΠOVΠΠ MAΞIMOC CЄB Caput Pupieni laureat.

ΠPYMNHCCЄΩN Pallas galeata sedens, d. victoriolam, s. hastam. Ær. 1.

Eadem haec Vrbs, quae Pupieno nummum hunc dicavit, Gordiano quoque Africano patri alterum inscripsit, quem paulo ante dedimus.

M. ANT. GORDIANVS PIVS. AVG

AVT K M ANTΩ ΓOPΔIANOC AVΓ Caput Gordiani Pii laur.

AΔPIANOΠOΛЄITΩN Hercules nudus cervum arreptis cornibus domat. Ær. 2.

Spectant nummus iste, et bini sequentes ad Hadrianopolim Thraciae; eorum typi etiam in Caracalla habentur.

AVT K M ANT ΓOPΔIANOC AVΓ Caput Gordiani Pii laureat.

AΔPIANOΠOΛЄTΩN (sic) Mulier stolata, d..., sin. facem oblongam. Ær. 2.

Notand. sphalma in nomine Vrbis.

Alius, sed serpens in gyros circumvolutus caput erigit cristatum, ore hiante, et in imo alius cernitur parvulus serpens. Ær. 2.

Alius, sed Diana incedens cum clypeo, et hasta, ante pedes parvus serpens erectus. Ær. 2.

ΑVΤΟΚ Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Caput Gordiani Pii laur.

.... Χ ЄΞ ΥΠΑ ΤΟ Β Cos. II Aquila stans rostro coronam gerens. In imo aries. Arg. pot.

Consul processit II A. V. C. Varr. CMXCIV, nec alterum iniit ad mortem usque.

..... ΚΑΙ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Caput Gordiani Pii laur.

ΑΠЄΡΑΙΤѠΝ. Ara cum gradibus, supra quam tres accensae faces, supereminente arcu. Ær. 1.

Nulla hactenus ratio habita fuerat praeclari hujus nummi ab Arigonio propositi in schemate Ser. 2 Imp. Tab. XIII fig. 201; sed modo de ejus fide, et veritate alius testis accedit ex simili plane, quem possidet ornatissimus Vir Millingen amic. meus praestantiss. In eo tamen lit. quinta figuram exhibet lit. Λ, et quae duo sequuntur vitium, et ipsae vetustate contraxerunt; ita ut pro duplici II, vel Η accipi posse videantur. Non dubium tamen, quod praeeunte Arigoniano legendum sit ΑΠЄΡΑΙΤѠΝ, vel etiam ΑΠЄΡΑЄΙΤѠΝ addito diphthongo ЄΙ pro Ι, quod in more positum fuisset apud Lycios. Nam in aliis eorum nummis legimus ΑΝΤΙΦЄΛΛЄΙΤѠΝ, ΦΑϹΗΛЄΙΤΩΝ, ΦЄΛΛЄΙΤΩΝ etc., etiam extra Lyciam: ΑΔΡΙΑΝΟΥΘΗΡΑΙΩΝ, et ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡЄΙΤΩΝ etc. Apud Steph. de Vrb. habemus ΔΟΡΥΛΑЄΙΟΝ, ubi subdit ΔΟΡΥΛΑΙΟΝ *Demosthenes appellat*, et pag. 16 sub Vrbe ΑΓΡΑΙΟΙ *Agraei* subdit, dicuntur etiam ΑΓΡΑЄΙΣ, ut Eratosthenes. Inter Praefecturas etiam Ægypti nummus Antonini Pii sic habet: ΣΕΘΡΟΕΙΤΗΣ L ΙΕ *Sethroites* Nomus in Delta ad alveum Bubasticum. Recte itaque utraque lectio se habere potest.

Aperrae, Ἀπέῤῥαι apud Ptolemaeum scribitur cum duplici ῤῥ, apud Plinium vero *Apyrae*, sed uterque locus modo emendandus ex horum nummorum fide. Erat haec Vrbs Lyciae in ora maris Pamphylii, ut a Geographis describitur, inter Olympum ad ortum, et Andriacam ad occasum, non longe ab ostiis Limyri fluvii. De altero Arigonii autonomo inscripto ΑΠΑΡΑΙΩΝ merito Cl Neumann., et cum eo Eckhel., et Sestinius substituendam censent vocem ΑΠΤΑΡΑΙΩΝ, quod confirmant modo descripti Gordiani nummi, in quibus constans lectio ΑΠΕΡ, non ΑΠΑΡ, ut in altero Cretae Aptara, ΑΠΤΑΡΑΙΩΝ. Lycii non paucos in honorem Gordiani, et Tranquillinae nummos edidere, ut apud Vaill. Sestinium, et Eckhel. adnotatum invenies. Sestinius denique, ut nuper deprehendi, in Catalogo Musei Arigoniani ab ipso mihi transmisso, cum tribus postremis Epist., in quibus pro sua eruditione ingeniose, sapienterque plura commentatus est, quae maxime prodesse possunt ad nostrae artis illustrationem, et incrementum, optime jam conjecerat nummum Arigonianum Aperae Lyciae esse adscribendum. Vnica tamen Ρ ex his nostris retinenda, et addita fortasse lit. Є ante Ι, ut supra ΑΠЄΡΑЄΙΤΩΝ. Deinceps igitur Geographia numismatica hac Vrbe Lyciae augenda.

ΑΥ Κ ΜΑΡ ΑΝ ΓΟΡΔΙΑ . . . . . . Protome Gordiani Pii capite laureato, et loricato pectore.

ΑΡΠΑΣΗΝΩΝ ΚΑΙ ΝЄΑΠΟΛЄΙΤΩΝ ΟΜΟΝΥΑ (sic) Pallas armata cum astro ante caput, et Diana tutulata cum cervo ad pedes se invicem respicientes. Ær. m. Tab. XXXI. n. 329.

Harpasa Cariae Vrbs mediterranea ad fluvium ejusdem nominis, teste Plinio. Ejus nummi admodum rari. Iste vero spectabilis ob concordiam, de qua mentio in aversa parte cum Neapolitis, sive Cariae, sive Joniae. Vide in nummo Jul. Domnae Neapolitarum. Hunc ipsum nummum editum,

ac fuse illustratum invenies apud Sestinium Descript. Num. Vet. pag 345, ubi Cl. Vir Cariam praefert.

AVT K M.... ΓΟΡΔΙ....CΕΒ Caput Gordiani Pii laureatum cum signo incuso ante pectus, in quo aquila.

ΑCΠΕΝΔΙΩΝ in ambitu nummi. Corona ex apio, ex qua in superiori parte emergunt bini palmae rami, et in medio coronae ΘΕΜΙ Ær. 1. Tab. XXXI. n. 330.
ΔΟC
ΤΟ Β

Pellerinius Mel. II p. 227 similem alium hujus Vrbis nummum Saloninae dicatum exhibet, in quo tamen circa ambitum coronae octo capita apposita cernuntur, et in medio legitur:

ΘΕ
ΜΙΔΟC
ΤΟ Ε

Corona, et palmae rami in nostro, addita vero spectatorum capita in altero Pellerinii, mihi sunt argumento, aversae partis typo designari festa, ludos, et sacra certamina in Themidis, simulque Gordiani honorem ab hac Vrbe Pamphyliae Aspendo celebrata fuisse. Quae cum essent ejus Vrbis propria, nec statuto quoque tempore renovarentur, hinc adnotatum esse sub Gordiano ΤΟ Β, sub Salonina vero ΤΟ Ε. Quae explicatio cum ea Cl. Belleji consentit. Jam vero admittendam non esse Eckhelii opinionem, qui D. N. V. T. III pag. 9, sub Themidis nomine magistratum, sive sacerdotem feminam ejus Vrbis agnoscebat, plane modo suadet nummus hic noster; neque enim credibile videri potest unam, eandemque nomine Themidem, quae sub Gordiano Pio magistratu iterum functa fuerit, ad eundem sub Gallieno, tanto post temporis intervallo quintum eligi potuisse. In tribus aliis hactenus editis nulla mentio magistratus.

Miror autem erudit. Froelich. in nummo Tarsensium Caracallae, in quo XI capita circa ambitum similis coronae, ut in nostro, de familia illius Imperatoris, quae eo typo designaretur, cogitare potuisse. Miror insuper Eckhelium, qui D. N. V. T. III p. 75 Froelichii commentum refellit ex aliis pluribus similibus nummis, in quibus modo plura, modo pauciora capita exhibentur, in hujus typi explicatione haesisse. Nam Genii alati cum coronis, et palmis, et figura Asiarchae laureati in eminentiori loco; duplex denique ordo capitum, sive spectatorum, atque omnis iste apparatus mensae ludorum impositus in insigni Gordiani numismate, quod idem Eckhel. ibidem describit ex Pellerin. Mel. II p. 200, et 214, in eodem, caeterisque similibus, sive Tarsensium, sive Aspendi, ludos, et certamina designari nullum dubitationi locum relinquunt. Idipsum in aliis monumentis expressum videri neminem latet, ut nominatim in lucernis fictilibus Cl. Passeri, et Oliverii, in quibus praeter capita eodem ordine disposita, totidem etiam porrectae manus conspiciuntur. Nec quidquam obstare potest, quod in hoc, ut plerumque in aliis, ludi, et certamina plurali numero non efferantur. Nam in Catal. Ludorum ipsius Eckhel. T. III legitur singulari numero: ΑΓΩΝ ΑΝΤΩΝΙΝΙΑΝ. ΚΟΙΝΟϹ ΚΙΛΙΚΙΑϹ, vel ΤΡΙΩΝ ϹΠΑΡΧΙΩΝ cum simili corona etc.

De Themide Dea, quae judiciorum praeses habebatur vid. Plato de Legib. Dial. XI, ubi haec habet = *Si quis testimonium sponte ferre voluerit, ... tempore idoneo adsit, et testimonium, pro ut sciverit, afferat. Sin nescire dixerit, jure jurando tribus Diis Jove, Apolline, Themide nominatis, nescire se affirmet, ac abeat.* = Pausanias in Atticis lib. I. p. 50 sermonem habens de Æsculapii aede, quae erat Athenis, subdit = *post Æsculapii fanum, qua ad arcem iter est, Θέμιδος delubrum surgit.* = Etiam Plutarch. in Polit. praecept. τῆς Βȣλάιας Θέμιδος mentionem facit, nominatque insuper ἱερὸν Θέμιδος, καὶ Δίκης. Tandem He-

siod. in sua Theogon. eam facit Jovis uxorem. Vocabant illam Θέμιν, et Θέμιδα.

Hinc Ovid. I. Metam. ita canit

Fatidicamque Themin, quae tunc oracla tenebat.

Fabulabantur enim eam coeli, et terrae filiam extitisse, atque habuisse vetustissimum Oraculum in Boeotia ad Cesiphum amnem. Plutarch. vero supra laudatus probl. 56 addit *Themin Carmentam* mutato nomine a Romanis vocatam fuisse, et apud eos instituta Carmentalia festa.

A K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput laureat.

ΑΦΡΟΔΙϹΙЄΩΝ Victoria stolata, et tutulata stans, d. demissa, s. cornucopiae, ad pedes rota. Ær. 2.

Aphrodisias in Cariae, et Lydiae finibus.

AVT K M ANT .... ΡΔΙΑΝΟϹ Caput ipsius laureat.

ΒΡΟΥΖΗΝΩΝ Aquila stans rostro corollam gerit. Ær. 3.

Vrbs Phrygiae ex Notitiis tantum cognita.

Caput Gordiani Pii vitiata epigraphe

.. ΑΔΑΡΕ

ωΝ In imo ΓΤ An. CCCIII Navis cum remigantibus. Ær. 2.

Gadara in Decapoli Peraeae Metropolis. De Epocha vide in lib. saepe cit. de Epoch.

AVT. K. M. ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput ipsius laur. cum paludamento.

ЄΠΙ ΑΙΑ. ΑΡΙϹΤΟΝЄΙΚΟΥ ΓЄΡΜΗΝΩ Pallas galeata stans, d. parvum signum Apollinis lyram d. gerentis, s. demissa clypeum, ad pedes arula. Ær. 2.

Germe Mysiae, vel Hellesponti ex Stephano de Vrb. Idem magistratus etiam in autonomis. Typus iste diversus ab iis Vaill.

AVT KA.. ΑΝΤωΝΙΟϹ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Capita Gordiani, et Jovis Serapidis.

ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛЄΙΤΩΝ. In area E. Hercules cum clava stans. Ær. 1.

Ex Mus. Balbi Joan. P. V.

Ob literam E in area aversae partis elegans hic nummus Moesiae inferiori adscribendus. Habet etiam id peculiare, quod praenomen integrum *Antonii* praefert, ut jam ex aliis quoque editis constat, ex quo confirmatur illud Gordianis esse tribuendum, non *Antonini*, de quo tantopere dubitaverat Capitolinus.

AV K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput Gordiani Pii radiatum.

ϹΑϾϹϹϹΩΝ *Edessa* Macedoniae. Roma galeata spoliis insidens, d. victoriolam gerens coronatur a muliere calatho ornata. Ær. 2.

Vrbi Edessae Macedoniae recte jam hos nummos vindicavit Eckhelius.

AVT K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput Gordiani Pii laureatum cum paludamento.

ϹΦϾϹΙΩΝ ΚΑΙ ΑΛϾΞΑΝΔΡϾΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ Capita jugata Dianae cum pharetra ante pectus, et Serapidis cum modio in capite. Ær. 1. Tab. XXXI. n. 331.

Etiam ab Vrbe Samo cum Alexandria Ægypti, tanto intervallo inter se dissitis, inita concordia, nummis testibus.

AVT K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput Gordiani Pii radiatum.

ΘϾϹϹΑΛΟΝϾΙΚΑΙΩΝ ΝϾΩΚΟΡΩ.. Templum quatuor columnis a fronte, et a lateribus suffultum. Ær. 2.

Templum istud fortasse erectum cum primo haec Vrbs neocoratum adepta; de diphthongis in nomine Vrbis vide p.64.

Alius, in quo Victoria cum Cabiro chlamydato in d., caeterisque attributis. Ær. 2.

Alius, in quo ipse Imp. Augustus sub Cabiri imagine laureatus, cum thorace ad pectus, ac militari habitu. Ær. 2.

Vide quae sub Maximino, itemque in autonomis hujus Vrbis dicta sunt.

Alius, in quo supra tripodem urna ludorum cum pal-

ma, et ad ejus pedes, hinc V globuli, inde arula accensa, et in area

Π V

ΘΙ Α Ær. 2.

Alii tres, in quibus quinque globuli supra tripodem, et in area diversimode scriptum ΠΥΘΙΑ, diversisque additis signis ad pedes tripodis, urnae nimirum cum palma, vasis ansati etc. Ær. 2.

Divitias ostendunt hi nummi hujus Vrbis in re monetaria, et in sacris Apollinis ludis celebrandis magnificentia.

Α Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput Gordiani Pii laureatum.

. . . ΤΡΟΠ ΚΑΙϹ Β Ν, idest *iter.Neocor.* Mons Argaeus intra basim scriptum ЄΝΤ, infra eandem in imo . . Χ. Ær. 2.

Non absimilis hic nummus alteri, in quo Vaillantius, et Panelius legunt unica voce ЄΝΤΙΧ, sed sejungendae, ut supra dictum est, tres literae, quae in basi a totidem in imo, ut videtur, de quibus tamen modo vitiatis nihil certi statui potest. Reliqui, qui hactenus editi sunt, quos et ipse possideo intra basim, vel infra notant annos ЄΤ. Α, Β etc. usque ad ЄΤ. Ζ, nec ultra, sed in postremo, loco montis Argaei exhibetur cista, e qua in meo quidem sex spicae emergunt.

ΑVΤ Κ· Μ· ΑΝΤ· ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput Gordiani laureatum.

ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΙΤΩΝ ΤΩΝ ЄΝ ΙΩΝΙΑ Cybele turrita sedens inter leones ad pedes sellae consuetum in morem jacentes. Dextra parvum instrumentum, s. crotalo innititur. Ær. 1. Tab. XXXI. fig. 332.

Illud peculiare offert hic nummus integritate praestans, quod Cybele retineat dextra parvum instrumentum pro tympano, ut arbitror, pulsando. Hujus Vrbis sedem in Jonia constituendam esse testis est ipse nummus.

Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ΑV Caput radiatum Gordiani Augusti cum clypeo, et telo ad humerum dex.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ Hercules nudus insidens leoni gradienti, laeva

clavam gerit, dextra vero poma. Ær. m. Tab. XXXI. num. 333.

Nummus integerr. In altero simili Vaillantii Hercules puero blandiri describitur.

AVT K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ ΑΛΓ Caput Gordiani Pii laur.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ Diana venatrix spiculum vibratura, ad cujus pedes canis. Ær. 2.

Nexus literarum in hujusmodi nummis familiares, tres autem habes in hoc uno.

Alius in quo ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ ΑVΓ in nexu, ut supra, et in aversa ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ cum Jove sedente. Ær. 2.

AVT K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟC Caput Gordiani Pii laureatum.

CAMIΩN Figura muliebris Amazonis specie, habitu brevi, nudaque pectus, pede altero in litore, altero prorae navis imposito, conversa facie, dexteraque extensa, et laeva clypeum gestans innuere videtur, quo fugam susceptura sit. Ær. 1. Tab. XXXI. n. 334.

De hoc typo diximus jam in nummo Juliae Maesae, quem vide.

. AVT. K. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Caput Gordiani Pii laureatum cum paludamento.

CAPΔIANΩN B NЄΩKOP ЄΠΙ POVΦЄINOY Caput bovis cum cultro intra coronam. Duplex Ær. 2.

Idem Rufinus in alio apud Vaill. vocatur APX B, nempe *Archon iterum*, ut et ipsa Vrbs Sardes Lydiae dicitur NЄΩKOP Γ *Neocora tertium*.

AVT M..... ΓΟΡΔΙΑΝΟC Caput Gordiani laureatum cum paludamento ad pectus.

CЄΛЄVKЄΩN TΩN ΠPOC TΩ KAΛY scriptum partim in ambitu nummi, partim in area. Binae Victoriae alatae hinc inde coronam utraque manu sustinent tripodi impositam, in qua legitur ЄΛЄ

VΘЄ Ær. m. Tab. XXXIX.

PAC fig. 67.

Quantae sibi gloriae duceret haec Vrbs Ciliciae illustris ad Calycadnum sita libertatis privilegium, vel ab Augusto adeptum, ut probabili conjectura censet Eckhelius, vel certe a Caracallae temporibus, ut testantur nummi quam plures ab eodem Principe initium sumentes. Spectabilis est ille Alexandri Severi apud Pellerin. Suppl. II. Tab. III. n. 4, in quo Victoria stans ex adverso explicatis alis, utraque manu tesseram ostentat, in qua pariter, ut supra, scriptum ЄΛЄV ΘЄPAC. Majori adhuc ostentatione binae in hoc nostro Victoriae exhibentur lauream coronam sustinentes, in qua epigraphe suprascripta. Caret iste signo incuso Δ cum o in medio, quod in plerisque cernitur hujus Imperat. tum etiam in aliquibus Alexandri Sev.

A K M ANT ΓOPΔIANOC Caput Gordiani Pii laureatum.

CIΛHTΩN Victoria stans, s. palmam, d. coronam elatam ante aram, sive parvum templum, in quo inscriptum ΔΩ
PЄ

A Ær. 3. Tab. XXXII. n. 335.

Vel de votis solutis, atque ara consecrata victoria parta, vel de trophaeis, spoliisque in templo a Gordiano dicatis interpretanda vox ΔΩPЄA. Plura videsis apud Sestin. Descript. N. V. p. 393.

A KA M ANT ΓOPΔIANOC Caput Gordiani Pii laureatum.

CMYP Γ NЄ ЄΠ MЄNЄKΛЄOYC Duae Nemeses stantes, seque respicientes dex. ad os admovent, et cubitum praetendunt. Atque altera quidem fraenum s. retinet, altera sceptrum, et ad ejus pedes rota adjecta conspicitur. Ær. 2.

Hunc typum egregie illustrat Eckhel. D. N. V. T. II. pag. 549.

Alii duo cum Fortuna in templo tetrastylo sub eodem *Menecleo* unus, alter vero sub *Polliano*. Ær. 2.

AVT K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput Gordiani Pii laureatum cum paludamento.

ϹΥΝΝΑΔ ..... ΠΙ. Μ ..... ΟΠ.

ΑΡΧΙϾΡ

.Ο Β.

Mulier stolata, et turrita stans, d. elata strophium, sin. Jovem infantem gestat: ad pedes capra. Ær. 1.

A vetustate male habitus; hinc magistratus nomen, cujus vestigia supersunt, ita vitiatum, ut nihil certi erui queat, clare tamen legitur eundem supremi sacerdotii honore functum, quod in nummis Synnadensium hactenus incompertum. In nostro additur capra, quae respiciens Jovem infantem indicat, abest autem in nummo Macrini apud Vaillantium, et Eckhelium, quem vide D. N. V. T. III. p. 174.

AVT KAI ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ AVP ϹϾΒ ΤΡΑΝΚΥΛΛϾΙΝΑ Capita adversa Gordiani Pii cum laurea, et Tranquillinae Aug. cum stola ad pectus.

ΤΑΒΑΛϾωΝ ϾΡΜΟϹ Fluvius Hermus jacens facie juvenili, et capite fronde aquatili ornato, d. arundinem, s. urnae innititur. Ær. 1. Tab. XXXII. num. 336.

Vnus iste ex tribus inter se plane similibus, qui cum aliis pluribus aeque similibus non ita pridem hic Romae inventi fuerunt. Pauci autem innotescunt nummi, qui certo huic Lydiae Vrbi Tabalae sint adscribendi. Nam facilis commutatio lit. Τ in Γ, et vicissim. In hoc nostro integerrimo, pulcherrimoque haec notanda: *Aurelii* nomen, quod Gordiano tribuitur, quodque voci ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ex Monetarii oscitantia postponitur, omisso insuper altero *Marci*. Nomen illud AVP raro in hujus Imp. moneta occurrit: exemplo tamen minime caret: apud Pellerin. enim Mel. II p. 197 habes AV K M AV AN ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. Hermi fluvii praeterea figura facie juvenili, ac seminuda eadem ratione jacens iisdemque cum symbolis exhibetur, ac in autonomis conspicitur apud Pellerinium Pop. T. II pag. 110 Tab. LIII. n. 53,

et apud Haym. Parte II. pag. 188. Tab. XXI. n. 10, neque in iis legendum Gabala, pro Tabala, ut Harduino videbatur. Recte enim jam animadversum Eckhelio: non ex Notitiis luxatis, in quibus non semel mentio habetur Gabalae loco Tabalae, eaque Lydiae Vrbibus inseritur, emendandos esse nummos; sed e contra ex hisce certissimis monumentis restituendos Notitiarum codices, in quos errorem hunc facillime irrepere potuisse nemo non videt.

ΑVΤ Κ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹЄΒΑ In area Π Π Caput radiatum Gordiani Pii cum paludamento.

ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛЄΟϹ Α Μ Κ Γ Β Binae figurae umbilico tenus arae adstantes, palma arbore intermedia, hinc Vir paludatus d. extensa ad aram, inde Dianae simulacrum cum tutulo in vertice, elatisque manibus; in basi victima sacrificii. Ær. m. Tab. XXXII. n. 337.

Typus sacrificii peculiaris, cujus explicatio mihi incomperta; nec minus incerta altera lit. A. M. K inter tot discrepantes eruditorum Virorum sententias. De hoc vide Sestin. D. N. V. p. 410.

Α Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ Caput Gordiani laureat.

ΤΗΜΝЄΙΤΩΝ Hercules bibax cum cantharo, et clava, ac leonis spoliis. Temnus Aeolidis Vrbs mediterranea. Ær. 3.

ΑVΤ Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. Caput laur. cum paludamento.

......ΙΠΗΝΩΝ. ЄΠΙ. ϹΤ. ΑΙΑ. ΔΟΜ. ϹΤЄ. Haec in ambitu nummi additis punctis; in imo vero literis orizontalibus ΤΑЄΤΑ. Hercules quiescens, ut Farnesianus. Ær. 1. Tab. XXXII. fig. 338.

Deficiente metallo desiderantur in hoc caeteroquin integerrimo nummo primae literae, quae Vrbem designabant. Nullum dubium tamen, quin legendum sit ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ, et voces quae sequuntur sic interpretandae sint: *Sub Praetore Aelio Domitio Stenio Taetani* filio. Praetores hujus Vrbis

nondum recte descriptos video, qui huic nostro affines esse noscuntur. Patinus p. 360. nummum ejusdem Gordiani delineatum exhibet cum templo in aversa parte, et hujusmodi epigraphe ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ϹΤ. ΑΙΑ ΑΝΤ. In imo vero lit. orizontalibus ΤΑϹΤΑ. Pag. autem 375 in simili prorsus sic legit ΤΑ. ΕΤ. Δ. Sed utrobique substituendum puto, ut in nostro ΤΑϹΤΑ, quam lectionem confirmat nummus alter apud Arigonium Tab. XI Numism. max. mod., qui sic se habet ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ϹΤΡ ΑΙΑ ΑΝΤЄΙΟ, et in imo ΤΑЄΤΑ. Hinc emendandum quoque censeo Vaillantium, ubi in suo Patinianis haud absimili sic epigraphen dispositam exhibet ϹΤ. ΑΙΑ. ΑΝΤ. ΤΑ. ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ΕΤ. Α. Ex superioribus enim sic reformanda lectio videtur ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ϹΤ. ΑΙΑ ΑΝΤ ΤΑϹΤΑ, eo vel maxime, quod haec Vrbs cum caeteris Lydiae nunquam in usu habuerit annos imperii in sua pecunia designare. Denique manum quoque medicam postulare videtur nummus in Catal. Theup. qui sic describitur:

ΑΥΤ Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ Caput Gordiani Pii laureatum.
ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ΕΠΙ. ΣΤ. ΑΙΑ. Α. ΤΑΕΤΑΝΟ ΕΤ. Ε. Φ. *Hypaepenorum sub Praetore Aelio Antonino Taetano anno quinto*.

Venus, seu Juno pronuba ornatu splendidissimo. Typus idem, ut in nummo suprascripto Vaillantii. Editor hujus Catalogi literas Ε, et Σ perpetuo quadratas exhibet, quod esse contra methodum, usumque receptum sequiorum praesertim temporum nemo ignorat, quibus scribebatur Ϲ, et Є; ad singulas etiam voces, suo tamen arbitrio, interpunctiones adjungit fere semper contra autographi fidem, nec sine rectae lectionis quandoque detrimento. Quod similiter ab aliis factum, idque praesertim in numismatum iconismis maxime doleo. Itaque omissis in suprascripta epigraphe punctis, quae inter quatuor postremas literas interjacent, et loco Ε substituto Ϲ lunato, haec esse poterit integra ejus lectio: ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ЄΠΙ ϹΤ. ΑΙΑ. Α. ΤΑЄΤΑΝΟΥ ϹΤЄΦ, idest:

Hypaepenorum sub Praetore Aelio Antejo Taetani filio Stephanephoro. *Antejus* enim integre exprimitur in Arigonii numismate. Ex quo etiam habes interpretationem vocis TAЄTA, in singulis supra descriptis nummis, illudque praeterea Aelium Domitium Stenium in nostro fuisse Aelii Anteji fratrem. Stephanephori dignitas in Lydiae Vrbibus non infrequens. Saepe eam commemorat Plato in sua Republica, quam in Vrbe Magnesia Lydiae constituendam sibi proponit. Eandem commemorant quoque nummi Hyrcaniae, et Maeoniorum, quae erant pariter Lydiae Vrbes. Apud Tarsum quoque Ciliciae, apud Smyrnaeos Joniae, aliasque aliarum provinciarum Vrbes id muneris, atque honoris conferri consuevisse testantur veteres Scriptores. Qua de re videndus etiam Eckhel. Doct. N. V. T. IV p. 213.

NVMMI AEGYPTII

M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΚΑΙC Caput Gordiani Pii sine laurea.
L A An. I. Pallas galeata stans, d. hastam, ad pedem sin. clypeus. Ær. 2. Tab. XXXII. n. 339.

M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΚΑΙC Caput nudum Gordiani Pii Caesaris.
L A Nilus decumbens, d. cornucopiae. Ær. 2.

Ludis Capitolinis, qui peracti fuerant anno V. C. Varr. CMXCI, non ultra mediam aestatem subita Praetorianorum seditione senes principes Balbinus, et Pupienus interficiuntur, et Gordianus Caesar, nulla interjecta mora, in Imperatorem, et Augustum eligitur, ut a me fuse demonstratum est in lib. de Vulg. Ærae Emend. Hinc si nullus extet Gordiani Pii cum Imp. titulo nummus Ægyptius, qui annum primum L A referat, quemadmodum revera in Catalogo Zoegae nullus ex hujusmodi nummis describitur, consequens sane erit eum casum, quem diximus, eo tempore evenisse, quo Ægyptiis nuntius perferri non potuerit ante

Neomeniam Thoth ejusdem anni. Hoc autem posito recte explicatur annus Gordiani VII Ægyptiacus, riteque cum eorum temporum historia, fastisque componitur. Id vero magis magisque, si Ægyptii annos imperii Gordiani numeraverint ab ejus Caesarea dignitate, quod ego quidem existimo. Harduinus citat nummum Gordiani jam Augusti cum anno primo. Quo admisso, eo vel magis in anteriora retrahenda caedes Maximini, tum Balbini, et Pupieni, quam post trimestre circiter spatium ab ea Maximini evenisse certum est. Atque haec aptissima ad annos imperii Gordiani Ægyptiacos explicandos, tum eos Philippi successoris, quin ad inanes conjecturas confugere oporteat de Philippo in consortium imperii ad aliquod tempus adscito, et ad falsam Zoegae opinionem, qua in adnotatione ad Gordiani nummos, ejus necem protrahendam statuit in autumnum anni V. C. Varr. CMXCVII. Sed de his vide quae alibi fusius demonstrata sunt. Caret Mus. Borgianum Gordiani Caes. nummis.

A K M AN ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄV ϹЄB Caput Gordiani Pii laureatum cum paludamento ad pectus.

L B An. II Mercurius seminudus stans, d. caduceum, s. facem oblongam, ad pedes canis. Ær. 2.

A K M AN ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄV ϹЄ Caput Gordiani Pii laureat.

L B An. II Mulier stolata stans, d. elata, sin. hastam transversam gerit. Arg.

A K M AN ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ .... Caput Gordiani Pii laureat.

L B Juppiter sedens, d. pateram, s. hastam, ad pedes aquila, retro autem ara. Ær. 2.

A K M AN ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄV ϹЄ Caput Gordiani Pii laureat.

L Γ An. III Pallas galeata stans, d. victoriolam, s. hastam, ante pedes clypeus. Ær. 2.

A K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄV ϹЄ Caput Gordiani Pii laureat.

L Δ An. IV Victoria sedens, d. corollam, sin. palmam gerit. Ær. 2.

Exceptis duobus cum titulo Caesaris primus iste ex meis qui habeat ANT loco AN, ut in praecedentibus. Qui sequuntur vero semper ANT pro *Antonii* praenomine.

A K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΥϹ Caput Gordiani Pii laureat.
LЄ An. V Fluvius decumbens, d. cornucopiae, in quo fruges. Arg.

A K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΥ Caput Gordiani Pii laureatum.
L Є An. V Victoria gradiens, d. corollam, s. palmae ramum. Ær. 2.

A K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΥ Caput Gordiani Pii laureatum pectore loricato.
LЄ An. V Providentiae typus. Ær. 2.

A K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΥ Caput Gordiani Pii laureatum.
L ς An. VI Aquila rostro coronam gestat. Ær. 2.

A K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΥ Caput Gordiani Pii laureatum.
L Z An. VII Serapis stans cum modio in capite, d. hastam. Ær. 2.

A K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΥ Caput Gordiani Pii laureat.
L Z Aquila alis expansis coronam unguibus sustinet. Ær. 2.

Annus VII Ægyptiacus Gordiani, quem confirmant mei tres alii, quos omitto, pluresque insuper apud Zoegam, in exitu futurus erat revertente Neomenia Thoth, sive die XXIX Augusti An. V. C. Varr. CMXCVII; interemptus igitur optimus hic Princeps fraude Philippi successoris eodem anno, labente aestate, ut fuse a me probatum est in lib. n. de Vulg. Ær. Emend.

NVMMI COLONIARVM

IMP CAES M ANT GORDIANVS AVG Caput Gordiani Pii laureatum cum paludamento ad pectus.
COLONIA CAESAR ANTIOCHIA. In medio areae S R. Ær. m. Tab. XXXII. n. 340.

De lit. S R vide in Diatriba Eckhel. de Coloniis.

IMP GORDIANVS AVG COS II Caput Gordiani Pii radiatum cum paludamento.

COL IVL AVG FEL BER Bacchus nudus stans cum corona in capite, et strophio ad hum. laevum, d. simplex cornu oblongum, s. thyrsum: ad pedes tigris, in imo spica. Ær. 3.

Nummus integerr. ex quo patet non esse cornucopiae cum frugibus, quod d. gerit, sed simplex cornu, ut in nummis Corcyrae, in quibus legitur ΑΓΡΕΥC, statque sacerdos cum simili cornu, et in aliis etiam cum uvae insuper racemo, quod ad Bacchi ministeria adhibitum fuisse videtur.

Alius, in quo Bacchus coronatus nudus stans d. capiti impositam tenens medius inter uvae palmites, sinistra Satyro innititur, et ante pedes ad s. tigris jacens. Ær. 2.

IMP C M ANT GORDIANVS Caput ejus laureatum.

COL IVL AVG PELLA Apollo nudus rupi insidens d. capiti sibi coronam imponit, laeva pedum gestat, quo utebatur cum Admeti armenta pasceret. In area ante faciem fistula pastoralis. Ær. 2.

Alius, in quo Apollo laeva fistulae innititur. Ær. 2.

Pella Macedoniae Colonia Alexandri M. natalibus adeo celebris. De his vide in Maximino, tum Vaillantium.

IMP C M ANT GORDIANVS Caput Gordiani Pii radiat.

COL IVL AVG PGLLA (sic) Mulier stolata, velata, et tutulo in capite ornata sedens, d. ori admovet, sin. sellae innititur. In imo astrum. Ær. 2.

Alius, sed caput Gordiani laureatum, et mulier in aversa sedens absque velo in capite. Ær. 2.

ΑΥΤΟΚ Κ Μ ΑΝΤ ΓΟΡΔΙΑΝΟC CΕΒ Caput Gordiani Pii laureatum.

ΑΥΡ CΕΠ . . Α ΣΙΝΓΑΡΑ Supple ΚΟΛ Caput turritum, et velatum, supra quod sagittarius. Ær. 2.

Singara Vrbs Mesopotamiae, de qua plura vide apud Vaillant.

IMP..... IANVS AVG Caput Gordiani laureatum.

C R I F S A....... CXI Supple An. CCCXI Serapis stans, d. elata, sin. hastam. Ær. 2. Tab. XXXII. n. 341.

De Colonia Sinope, ejusque duplici epocha adi lib. n. de Numm. Imp. cum notis chronologicis. In hoc signatur epocha Libertatis a Lucullo acceptae.

IMP CAES M ANT GORDIANVS AVG Caput Gordiani Pii laureatum cum paludamento.

PMS COL VIM. In imo AN. I Annus primus Coloniae deductae. Mulier utraque manu demissa inter taurum, et leonem. Duplex Ær. 1. et 3.

Horum computatio ducitur ab anno V. C. Varr. CMXCIII quo primum haec Colonia a Gordiano deducta. Reliquos sequentium annorum omitto, de quibus vide in lib. n. de Epochis. In Gordiano annum V non excedit.

FVR SABINA TRANQVILLINA AVG

ΦΡΟV CABЄI TPANKYΛΛЄINA Caput ejusdem.

ЄΦЄCIΩN ΠΡΩΤΩN ACIAC Diana Ephesia venatricis habitu cum arcu, et cane ad pedes, nec longe adest quoque arbor. Ær. 1.

Notandus error in praenomine Furiae Sab. Tranquillinae. Etiam Smyrna se inscribit ΠΡΩΤΩN ACIAC.

.... KYΛΛЄINA CЄB Caput Tranquillinae Aug. cum ornatu capitis, ut in Jul. Domna.

KIBY... TΩN ΘIC Victoria gradiens, d. coronam, s. palmae ramum. In area sub corona tessera quaedam quadrata, sive urna. Supple KIBYPATΩN Cibyra Phrygiae. Ær. fere 1. Tab. XXXII. n. 342.

De epocha vide in lib. n. saepe cit.

AVT K M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟC AVΓ. Infra duplici linea orizontali TPANKYA Capita Gordiani, et Tranquillinae se ΛΕΙΝΑ respicientia.

ΥΠ ΤΕΡΤΥΛΛΙΑΝΟΥ ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤ In area E Mulier stolata stans cum parvo tutulo in capite, d. pateram, s. cornucopiae. Ær. 2. Tab. XXXII. n. 343.

Similem describit Vaillantius in Gordiano, sed legit ΤΕΡΤΟΥΛΛΙΑΝΟΥ cum dipht. OV cum in nostro, et in aliis pluribus, in quibus similia nomina, legatur per simplex Y ΤΕΡΤΥΛΛ. Abest praeterea in eo Vaillantii lit. solitaria E, quae in hujus Vrbis nummis fere semper sola invenitur. Ex quo, ut in nummo jam Macrini, et Diadumeniaui diximus, clare infertur nihil eam ad annos imperii designandos spectare posse. Marcianopolis Vrbs Moesiae inf.

Alius nunc n. amici optimi Joann. Jacobi Pedratti horum studiorum cultoris eximii, in quo post Tertulliani nomen additur nota B, quae iterati magistratus indicio est.

CABЄI ΤΡΑΝΚΥΛΛЄΙΝΑ.... Caput Tranquillinae Aug. in luna crescente.

ΠЄΡΓΑΙ....ЄΜΙΔΟC Supple ΑΡΤЄΜΙΔΟC Templum distylum, in quo ingens saxum cum astro, in cujus fronte legitur ΑCΥΛΟΥ. Ær. 2. Tab. XXXII. n. 344.

De hoc eodem typo vide in M. Aurelio.

CABЄΙΝΙΑ ΤΡΑΝΚΥΛΛЄΙΝΑ Caput Tranquillinae Aug. mitella ornatum.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ Mulier stolata stans, d. pateram, s. cornucopiae. Ær. 3. Tab. XXXII. n. 345.

In hoc Sabiniae, in tribus sequentibus Furiae praenomina notanda.

ΦΟVΡΙΑ ΤΡΑΝΚVΙΛΛΙΝΑ CЄΒ (sic) Caput Tranquillinae Aug. mitella ornatum.

CΑΜΙΩΝ Fluvius decumbens, d. arundinem, s. cornucopiae gerit, simulque urnae innititur aquam effundenti. Ær. 3.

ΦΟΥΡΙΑ ΤΡΑΝΚΥΛΛЄΙΝΑ CЄΒ Caput Furiae Tranquillinae Aug.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝЄΩΚΟΡ..... CΤΡ ΡΟΥΦΙΝΟΥ CΟΦΙ Amazon turrita stans cum cothurnis, et habitu brevi, d. templum 4 column., sin. bipennem, et peltam, ad pedem d. prora navis. Ær. 1. Tab. XXXII. n. 346.

ΦΟΥΡ ΤΡΑΝΚΥΛΛЄΙΝΑ C Caput Tranquillinae Aug.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝЄΩΚΟΡΩΝ Hercules nudus stans, d. scyphum, sin. clavam, et leonis spolia. Ær. 3.

In alio Ephesiorum Vrbis nummo ejusdem Tranquillinae praenomen mendose effertur quem vide supra:

NVMM. AEGYPT.

CΑΒ ΤΡΑΝΚΥΛΛЄΙΝΑ CЄΒ Caput Sabinae Tranquillinae Aug.

L ς Fortuna stans cum attributis. Ær. 2.

Annus primus in Tranquillina Ægyptiacus, qui certo hactenus innotescat est An. IV L Δ, quo etiam nuptiae ipsius Tranquillinae cum Gordiano Pio tum primum celebratae fuisse videntur. Nam in nummis quoque Caesareae Cappadociae, quae singulos quosque annos imperii Gordiani in ejus nummis signavit, in illis tamen Tranquillinae primus, qui notetur est ann. IV. ЄΤ. Δ Harduinus ex Chamill. nummum citat Tranquillinae cum anno II, L B, sed obstant alia, quae hactenus innotescunt monumenta.

M. IVL. PHILIPPVS AVG PATER

ΑΥ Κ Μ ΙΟΥΛΙ ΦΙΛΙΠΟC (sic) Caput Philippi patris laur.

ЄΠΙ C ΡΟΥΦΟΥ circa ambitum; in imo vero duabus lineis ΑΔΡΙΑΝΘ Fluvius jacens, d. cornucopiae, s. arundinem, et urceum aquam fundentem. Ær. 2. Tab. XXXII. n. 347.

Cum hujus Vrbis postrema litera, nulla alia in nummo deficiente, sit Θ, epigraphe de Hadrianothera Bithyniae interpretanda. Habuit haec Praetores, ut ex duobus Pellerinianis constat; scribitur ejus nomen in isto cum unico C, ЄΠΙ C ΡΟΥΦΟΥ, ut in alio Sept. Severi max. mod. apud Arigonium ЄΠΙ C ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΥ etc. Vaillantius in alio Philippi pariter sen. magistratum ΑΡΧ legebat, ut in altero etiam Jul. Domnae, sed ex hoc nostro refellitur, et confirmatur Pellerinii lectio.

...... ΦΙΛΙΠΠΟC CЄΒΑCΤΟC Caput Philippi sen. laureatum cum paludamento.

.... ΙΟΧЄΩΝ ΤΗC ΠΑΡΑΛΙΟΥ Aquila stans expansis alis. Ær. I. Tab. XXXII. n. 348.

Peculiaris est inscriptio aversae partis, quam in nomine Vrbis ita supplendam esse per se patet: ΑΝΤΙΟΧЄΩΝ ΤΗC ΠΑΡΑΛΙΟΥ. Ex ea autem jure inferre licet nummum in Vrbe Antiochiae nomine signatum fuisse, quae inter Vrbes Ciliciae asperae maritima a Ptolemaeo describitur, quaeque ab eodem, et ab aliis etiam Geographis super *Crago* memoratur, et nunc etiam superest vulgo *Antiochetta* dicta. Nam ex omnibus, quas Seleucus Nicator Antiochias in memoriam paterni nominis condiderat, una est illa Ciliciae, cui *litoralis*, sive *maritimae* cognomentum aptari queat. Nummi etiam fabrica consentit, ut illum Ciliciae adscribamus. Plinius lib. V cap. XXVII de Tauro monte scribit, quod *ubi brachia emittit subinde tentanti maria similis, Sarpedon, Coracesius, Cragus* vocatur Κράγος Straboni est πέτρα περίκρημνος, ϗ πρὸς θαλάττῃ. Vox ΠΑΡΑΛΙΟΣ a veteribus Scriptoribus adhibetur ad res maritimas, ad oram maritimam, ad incolas etiam, qui ad oram maritimam siti erant designandos. Apud Hesych. dicitur παραλία ἡ Ἀττική, item πάραλοι τὴν παράλιον τῆς Ἀττικῆς κατοικοῦντες. Apud Theophr. παραλία πεύκη, παραλία χώρα etc. maritima pinus, regio maritima. Haec itaque Antiochia,

ut se ipsam secerneret ab ea apud Sarum in eadem Cilicia, de qua vid Vaill. in M. Aurelio, et Pellerin. Pop. II pag. 161, et Tab. LXXII. 7., a caeteris ad Orontem, ad Daphnen, ad Callirhoen, in Ptolemaide etc. de quibus nummi pariter extant, se *Paraliam* nominavit, quo quidem nomine caeterarum Catalogo deinceps erit adjicienda. Editum hunc invenies apud Sestin. D. N. V. p. 404, qui sententiam nostram confirmat.

AVTOK K M IOVAI ΦΙΛΙΠΠΟC CЄB Caput Philippi patris laureatum s. versus.

ΔΗΜΑΡΧ ЄΞΟVCIAC ΥΠΑΤΟ Δ In imo ANTIOXIA SC Aquila stans rostro coronam gerit ad sin. conv. Arg.

Alius, sed caput Philippi patris radiatum, et in oppositam partem convers., ut et aquila in aversa parte. Arg.

Alius, sed Ær. 2.

Optime ab Eckhelio, aliisque animadversum jam inde a Macrino, et Diadumeniano in nota Consulatus hujusmodi nummis adjecta turpiter a Monetariis peccatum, quaecunque errandi fuerit causa, et origo. Macrinus enim secundum tantum iniit consulatum brevi post ab Elagabalo eraso e Fastis ejus nomine; de Diadumeniano vero nulla certa ratione constat eum aliquando Consulatum iniisse: tamen patri adscribitur Consulatus III ΥΠΑΤΟ Γ, filio autem Diadumeniano etiam IV, ΥΠΑΤΟC ΤΟ Δ. Vide Eckhel. Syll. Parte II pag. 34; de Elagabalo vero supra pag. 25. In hisce tribus Philippi patris additur nota COS IV. ΥΠΑΤΟ Δ, cum quartum Consul nunquam processerit. In Philippo etiam fil. additur nota III, et IV, quos ille minime iniisse certo constat. Vide paulo inferius sub ejus nummis, tum cit. Eckhel. Atque haec nostra intererat hic innuere, quoniam de Fastis consularibus ex instituto egimus in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. Tanta iis temporibus extitit in re monetaria confusio, ut etiam Otaciliae nummos habeamus in-

scriptos ΥΠΑΤΟ Γ, ΥΠΑΤΟ Δ, ut in aversa numismatum Philippi Aug. ejus mariti.

... ΜΑ ΙΟΥΛΙ ΦΙΛΙΠΠΟϹ Caput Philippi patris radiatum.

. ΔЄϹϹЄ.... In imo ΟΜΟΝ.. Edessa in Macedonia. Roma galeata sedens cum victoriola in d., a muliere pone eam stante coronatur, quae laeva gerit cornucopiae. Ær. 2. Tab. XXXII. n. 349.

Vaillantius similem affert, sed sine voce ΟΜΟΝΟΙΑ, quae peculiariter notanda in hoc nummo. Nam innuit Edessae Vrbis concordiam cum Metropoli Imperii constitutam quod illi sane maxime honorificum existere debuit, caretque exemplo, quo ad splendidiores etiam Orbis Metropoles.

ΑΥΤΟΚ Κ Μ ΙΟΥΛΙ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ϹЄΒ Caput Philippi patris laureatum.

ΣЄΥΓΜΑΤЄΩΝ (sic) Mons cum duplici scalarum ordine, per quem ad templum tetrastylum, in quo Idolum, ascenditur. In imo equus marinus alatus. Ær. 1.

Alii duo, sed Ær. 2., et 3.

Notanda in his prima lit. Z inverse scripta sic Σ, cujus exempla vide in Aradi nummis sub Elagabalo, et alibi.

ΑΥ Κ Μ ΙΟΥ... ΛΙΠΠΟϹ Caput laureatum Philippi patris.

ΘЄϹϹΑΛΟΝΙΚ.......... In imo ΠΥΦΙΑ *Pythia Philippea* certamina. Mensa, in qua urna cum palma, hinc urceus ansatus, inde globuli. Ær. 2. Tab. XXXII. n. 350.

Apud Thessalonicenses plura ludorum genera celebrata fuisse ex nummis patet. Namque in iis memorantur ΑΓΩΝΟΘΕΣΙΑ, ΚΑΒЄΙΡΙΑ, ΑΚΤΙΑ, ΠΥΘΙΑ, atque ne singula commemorem, inter haec etiam ΦΙΛΑΔЄΛΦЄΙΑ in nummo ejusdem Vrbis autonomo apud Pellerin. Haud tamen hunc anecd. interpretari licet de ludis Philadelpheis; quotquot enim sunt nummi, in quibus de hisce ludis mentio habetur, ii spectant ad Severi filios, in quorum honorem a Thessalonicensibus instituti fuerant. Non eadem porro ra-

tio, ut illi sub Philippo instaurari debuerint, cum unicus esset Philippo filius, non ambo germani fratres. Explicandae igitur lit. ΦΙΑ de certaminibus, quae a nomine Philippi patris, vel etiam utriusque vocata fuerint ΦΙΛΙΠΠΕΙΑ, ut pari ratione appellata sunt CEVHPCIA, ΚΟΜΟΔΕΙΑ a Sept. Severo, a Commodo Caesare etc. Quod propterea certaminum nomen Catalogo Eckhelii adjiciendum, quem proponit D. N. V. T. IV pag. 432, et seqq.

AVTOK K M IOVAI ΦΙΛΙΠΠΟΣ CEB Caput Philippi sen. laureatum cum paludamento.

ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΟΠΟΛΙΤΩΝ Dea Syria turrita a leone v. d. gradiente vehitur, d. sceptrum. Ær. 1.

Hieropolis Cyrresthicae a Deae Syriae cultu sic appellata.

AVT M IOVA ΦΙΛΙΠΠΟC AVΓ Caput Philippi patris laureat.

ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩΝ In imo E. Serapis cum modio sedens, d. ad cerberum extensa, sin. hastam gerit. Ær. 1.

AVT M IOVAI ΦΙΛΙΠΠΟΣ AV... Caput Philippi sen. laureat.

ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩΝ *Callationor.* in Thracia. Hercules nudus ad aram sacra faciens. Ær. 2.

Callatia Moesiae inferioris ad Euxinum sita.

AVTOK K M IOVAI ΦΙΛΙΠΠΟC CEB Caput Philippi patris radiatum.

ΦΛ CAMOCATEΩN ΜΗΤΡΟ ΚΟΜ Mulier patrio habitu ornata, et turrita rupibus insidet cum aquila ad brachium d., et pegaso alato pro pedibus. Ær. m.

Alius, sed caput Philippi laureatum. Ær. 1.

AVT K M IOVA.. ΦΙΛΙΠΠΟC Caput laur.

ΣΑΜΙΩΝ Juno pronuba in templo tetrastylo. Ær. m. m.

AVT....
IOVA....
ΦΙΛΙΠΠΟΙ
CEB Capita utriusque Philippi se respicientia.

ΕΠΙ..... ΟΥ ΑCΙΑΡΧΟΥ CTEKTOPHNΩN. Mulier stans, d. pateram, s. cornucopiae. Ær. 1.

N

Musei nunc Monasterii Ord. mei Classensis Ravennae. Vnus Faustinae jun. hactenus editus hujus Vrbis Phrygiae. Legitur apud Pausaniam in Phoc. Ἐν ὅροις πεποίηται Φρυγῶν ἐς Τεκτορήνων; apud Ptolemaeum vero Ἴστόριον, vel Ἐσδόριον: mendose apud utrumque, quorum depravata lectio emendanda. Magistratus Praetor in eo Faustinae, notanda in hoc Asiarchae dignitas.

NVMMI AEGYPTII

Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ЄΥ ϹЄΒ Caput Philippi sen. laureatum pectore loricato.
L A Providentiae typus cum duplici cornucopiae. Arg.
Voces ЄΥ ϹЄΒ in hoc, caeterisque Philippi nummis Alexandrinis dividendae, ita ut exprimere dicendae sint PIVS AVGVSTVS. Nam vel de *Pio* tantum, vel de utroque titulo interpretari possunt. Potiorem autem *Augusti* dignitatem semper, vel fere semper fuisse omissam in hujusmodi nummis, nemo sane sibi suaserit. Mitto plura de hac re exempla.

Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ЄΥ ϹЄΒ Caput Philippi sen. laureat.
L B An. II Fortuna tutulata stans. Arg.

Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ЄΥ ϹЄΒ Caput Philippi patris laur.
L B Caput galeatum Palladis cum aegide ad pectus. Ær. 2. Tab. XXXIII. n. 351.

Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ЄΥ Caput Philippi patris laureatum.
L Δ Caput Jovis Ammonis radiatum cum modio in capite, atque hinc tridens, cui advolvitur delphinus, inde cornucopiae. Arg.

Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ЄΥ ϹЄΒ Caput Philippi patris laureat.
L Δ Capita jugata Osiridis, et Isidis, utraque cum flore in vertice. Arg. Tab. XXXIII. n. 352.

Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ЄΥ Caput Philippi sen. laureatum.
L Δ Spes cum flore trifido in d., vestem elevat sin. Arg.

A K M IOV ΦΙΛΙΠΠΟС ЄVC Caput Philippi sen. laureatum.
L Δ Pallas galeata stans, d. victoriolam, s. hastam, ante pedes clypeus. Ær. 2.

A K M IOV ΦΙΛΙΠΠΟС ЄVC Caput Philippi sen. laureatum.
L Δ Victoria sedens, d. coronam gestat, s. sellae innititur, atque ad hum. sin. palmae ramum sustinet. Arg.

A K M IOV ΦΙΛΙΠΠΟС ЄVCЄ Caput Philippi patris laureat.
L Δ Spes gradiens. Arg.

A K M IOV ΦΙΛΙΠΠΟС C Caput Philippi sen. laureatum.
L Є Isis capite turrito, et stolata stans, d. caput Serapidis modio ornatum, s. hastam. Arg.

A K M IOV ΦΙΛΙΠΠΟС ЄVC Caput Philippi patris laureat.
L ς Anno VI Providentiae stantis typus. In area palmae ramus. Ær. m. Tab. XXXIII. n. 353.
Alii cum eodem anno L ς, et Victoria stante. Arg. et Ær. 2.

Cl. Zoega Philippi patris nummos Ægyptios XLIV ex Mus. Borgiano describit pag. 288, et seq., nullus tamen annum VI, L ς excedit: Borgianos numero mei superant, quin tamen annum VII, L Z unquam invenerim; carent etiam hoc anno Mus. Cousinerian., et Ainsel. Tres tamen subdit laud Zoega ex nobiliorib. Mus. item alterum Otaciliae cum L Z An. VII, quorum fide Philippi imperium definitur a labente aestate A. V. C. CMXCVII ante Neomeniam Thoth Ægyptiacam in septembrem usque labentem A. V. C. Varr. MII. Vide quae fuse allata sunt in lib. n. de Vulgar. Ær. Emend. pag. 296.

NVMMI COLONIARVM

AV K K (sic) M IOVAI ΦΙΛΙΠΠΟС CЄB Caput Philippi patris laureat.
COL LAOD .. ETROPOLEOS In area Э Δ Roma galeata sedens, d. victoriolam, sin. hastam, ad pedes

clypeus, sinistrum autem pedem globo impositum tenet. Ær. 2.

Sub Philippo patre capitis epigraphen graecam adhibere coepit haec Colonia Syriae, latinam vero in aversa parte, ut in caeteris a Sept Severo retinuit.

IMP C M IVL PHILIPPO P F AVG Caput Philippi senioris radiatum.

COL IVL NEAPOL Silenus nudus cum utre hircino stans ante montem Garizim, in quo templum, inferius aquila expansis alis. Ær. 1. Tab. XXXIII. n. 354.

Quod Vrbs Neapolis Samaritidos in hoc singulari nummo, ac nondum edito se *Iuliam* inscribat, mea quidem sententia, omnem adimit dubitationem de ejus Conditore, de quo Eckhelius suspensas adhuc rationes se habere profitetur D. N. T. III p. 437. Cum antea Sichem vocaretur, expugnata a Tito Hierosolyma, se Neapolim, assumpto etiam Flaviae nomine, appellare coepit. Primum sub Philippo ejus nummi, et quidem magno numero cum titulo Coloniae sese manifestant. Id Pellerinio, aliisque rei numismaticae peritis argumento satis idoneo visum fuerat, ut M Jul. Philippus senior ejus deducendae Coloniae auctor haberetur. Sed modo ex Juliae cognomine rei vetitas magis magisque elucescit. Nam, ut reliquae passim Vrbes, quae Coloniae factae fuerant, in Conditoris sui memoriam sibi honori duxerunt ab eo nomen assumere; ita factum fuisse ab hac Vrbe testem nunc locupletissimum habemus praeclarum hoc numisma. Nisibin quoque idem nomen sibi indidisse docet nummus Otaciliae paulo infra. Cl. Pellerin. Pop. T. III p. X addito iconismo p. LIV, similem fere nummum profert, demptis Sileno, qui in eo desideratur, et ara, quae a nostro abest. Legit in suo Cl. Vir PVL, quod de *Pulchrae* titulo a Neapoli sibi addito interpretatur. Pronum est suspicari primam literam P vitium aliquod contraxisse, quae propterea accipienda videretur pro P, loco

simplicis I. In meo certe I clare, et perspicue expressum cernitur, atque haec litera ita proxime accedit ad sequentem lit. V, ut nullum relinquat spatium pro continenda lit. P. Cum haec scripsissem evolvens Tomum primum Catalogi Musei Theupoli, sub Philippo jun. nummum Pelleriniano plane similem inveni sic descriptum:

IMP C M IVL PHILIPPO AVG Caput Philippi radiatum.

COL IVL NEAPOL. *Colonia Julia Neapolis*, Aquila alis expansis, supra quam mons, in cujus vertice templum.

Ad Philippum seniorem nummus fortasse referendus. Sed quod interest duplici jam teste nititur lectio *Juliae*, quibus magis, magisque patet respuendam esse alteram *Pulchrae*. Diligentiam Eckhelii fugit iste nummus, alias de novo, et inusitato Pulchrae titulo haud equidem Pellerinio assentiendum putasset.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi sen. laur.

P M S COL VIM AN V. Mulier utraque manu demissa inter taurum, et leonem. Ær. 1.

Alii, sed An. VI. VIII. VIIII. Ær. 1., et 3. De his vide in lib. de Epoch.

M. OTACILIA SEVERA AVG

M ωTAKEIΛIA CEBHPA CEB Caput Otaciliae Severae mitella ornatum.

BIZYHNΩN Diana nudis brachiis, d. spiculum, s. facem oblongam, ante pedes cervus. Ær. 2. Tab. XXXIII. num. 355.

Plures haec Vrbs Thraciae Philippo sen. dicavit.

ΣAMIΩN Meleager aprum impetens. Ær. 1. Tab. XXXIII. num. 356.

Ex eorum numero est, quos a praeclariss. Equite Persico P. V. accepi una cum Gordiano Africano patre.

NVMM. AEGYPT.

M ΟΤΑΚΙΛΙΑ ΣΕΟΥΗΡΑ ΣΕΒ Caput Otaciliae Severae cum stola ad pectus.

..ωΤ CЄΟΥΗΡΑ CЄ Μ CΤΡ Caput Otaciliae Severae Aug. parva mitra ornatum.

L Δ Mulier sacerdotalis velata, d. thurem in aram accensam immittit, s. acerram. Ær. 2.

In alio cum aquila legitur. Μ CΤΡΑ *Mater Castrorum.*

NVMM. COLON.

ΜΑΡ ΟΚΤΑΚΙΑ CЄΟνΗΡΑΝ CЄΒ Caput Otaciliae Sever. Aug.

ΙΟV CЄΠ..... ΝЄCΙΒΙ ΜΗΤ Dea in templo tetrastylo cum ariete in capite. Ær. 2.

Nisibi Mesopotamiae. Et ista nomen Juliae adoptavit, ut Neapolis Samaritidis, de qua paulo ante dictum est.

M. IVL. PHILIPPVS. CAESAR

ΜΑΡ ΙΟVΛΙ ΦΙΛΙΠΠΟC ΚЄCΑΡ (sic) Caput Philippi jun. sine laurea.

ΔΗΜΑΡΧ ЄΞΟVCΙΑC S C Aquila stans alis explicatis ramo lauri insistit, rostro coronam gerit. Arg. 1.

ΜΑΡ ΙΟVΛΙ ΦΙΛΙΠΠΟC Caput sine laurea.

ΔΗΜΑΡΧ ЄΞΟVCΙΑC ΥΠΑΤΟ Α Aquila explicatis alis lauri ramo insistit. Arg. 1.

ΑVΤΟΚ Κ Μ ΙΟVΛΙ ΦΙΛΙΠΠΟC CЄΒ Caput Philippi jun. radiatum.

ΔΗΜΑΡΧ ЄΞΟVCΙΑC ΥΠΑΤΟ Γ In imo ΑΝΤΙΟΧΙΑ S C Aquila stans rostro coronam. Arg. 1.

De nota Consulatus III, quem jun. Philippus minime gessit, diximus supra in patre. Peculiaris in secundo nota

ΥΠΑΤΟ Α *Consul primum*, quae clarissime legitur, contra usitatum morem, quo tantum scribi solebat ΥΠΑΤΟC, quin adderetur prima nota Α.

ΑΥΤΟΚ Κ Μ ΙΟΥΑΙ ΦΙΛΙΠΠΟC CЄΒ Caput Philippi jun. laureatum.

Δ Є SC, et aquila intra lauream. Ær. 3. Tab. XXXIII. num. 357.

Testatur Eckhelius de Num. Antioch. p. 47 in Addit. ad Syllogen I Descript. Num. Antiochiae Syriae etc. postremos, quos hujus generis ipse viderit, signatos fuisse sub Elagabalo; neque Sestinius in suo Catalogo, quem dedit T. IV Epist. Numism. a p. 28 ad 41 ultra Elagabalum progreditur. Ex hoc nostro itaque, quem ex juvenilibus lineamentis filio potius, quam patri adscribendum censeo, augendus utriusque Catalogus. Sed et alterum Æmiliani vide infra suo loco.

Μ ΙΟΥΛΙΟΣ ΦΙΑ .... ΑΡ Caput Philippi Caes. nudum cum signo incuso, in quo X

ΝΙΚΟΜΗΔЄΩΝ ΔΙC ΝЄΩΚΟΡΩΝ Æsculapius, et Hygia stant. Ær. 2.

Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Caput nudum Philippi Caesaris pectore loricato.

ΣΑΜΙΩΝ Juno pronuba tutulato capite in medio templi tetrastyli. Ær. 1.

ΑΥΤΟΚ Κ Μ ΙΟΥΑΙ ΦΙΛΙΠΠΟC CЄΒ Caput Philippi jun. laureatum cum paludamento v. d.

ΦΛ CΑΜΟCΑΤЄΩΝ ΜΗΤΡΟΠ ΚΟΜ Mulier patrio habitu ornata rupibus insidens cum aquila, et pegaso, ut in Philippo patre. Ær. 1.

Alius, sed caput Philippi jun. radiatum, versus sin. pectore loricato. Ær. m. Tab. XXXIII. n. 358.

Ex lineamentis isti ad filium referendi, ad quem Catal. Vindob., Vaill. etc. nullos referunt.

NVMMI AEGYPTII

M IOV ΦΙΛΙΠΠΟC K CCB Caput Philippi jun. sine laurea, et cum paludamento.

L Γ An. III Fortuna tutulata stans cum navis gubernaculo, et cornucopiae. Ær. 2. Tab. XXXIII. n. 359.

M IOV ΦΙΛΙΠΠΟC K CCB Caput nudum Philippi jun. pectore loricato.

L Δ An. IV Fortuna sedens cum attributis. Ær. 2.

In utraque capitis epigraphe subintelligendam esse arbitror vocem YIOC, legendumque *Marcus Jul. Philippus Caesar Augusti filius*. Similia exempla habentur a prima etiam Augustorum aetate ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΣ in Tiberio ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ ΣΕΒ, quae profecto idem significant, ac cum legimus in Domitiano ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙ ΣΕΒ ΥΙΟΣ, est Catal. Theup., et in eodem Catal. ΑVΤ. ΤΙΤΟΣ ΣΕΒ ΥΙΟΣ ΥΠΑΤΟΣ. Mitto alia quam plurima hujus generis exempla. Sed non omittendus Getae nummus, quo nihil aptius ad rem nostram, sicque in laud. Catal. describitur Π ΣΕΠΤΙ ΓΕΤΑΣ ΚΕΣΑΡ ΣΕΒ. *Caput Getae nudum*. Est Vrbis Amasiae, in eoque adduntur notae chronol. ΣΗ An. CCVIII. ex quibus patet nummum editum fuisse ante quam a patre Augustus diceretur, ac primis annis, quibus Geta tantum Caesar appellatus fuerat. Hinc patet in hoc nummo, ejusque capitis epigraphe subintelligendam esse vocem YIOC, cum tempus editi nummi id requirat, praeter caput nudum, et Caesaris tantum titulus, quae eandem interpretationem digito veluti ostendunt. Idipsum porro faciendum judico de duobus allatis Philippi junioris. Idque confirmare mihi videntur nummi ejusdem Philippi mox cum L Є, An. V editi, in quibus omnibus constanter omissa voce CCB in fine, hanc initio lectionem offerunt A. K. M. IOV. Vide infra.

Atque haec animadvertenda duxi eo quod Cl. Eckhelii menti facilis haec interpretatio minime succurrerit, ideoque in alia omnia abierit, Tom. IV D. N. V. pag. 89, ac rursus Tom. VII pag. 336. Vide etiam nummum Q. Herennii Coloniae Viminacii cum unica voce NOB, quae *de Nobilissimo Caesare* utique interpretanda.

Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ϹΥ Caput juvenile Philippi laureat.

L Ϲ Providentiae typus. Arg.

Legendum in hoc, et seq. *Imp. Caes.* etc.

Α Κ Μ ΙΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ϹΥϹ Caput juvenile laureatum.

L ς An. VI Providentia stans. Arg.

Alius, sed Ær. 2.

NVMMI COLONIARVM

IMP C M IVL........VS AVG Caput juvenile Philippi jun. laureat.

COL DAMA METRO.... Aries stans. Ær. 2.

ΑΥΤΟ Κ Μ ΙΟΥΑΙ ΦΙΛΙΠΠΟϹ ϹϹΒ Caput Philippi jun. radiatum.

COL LAOD METROPOLEOS: in area Δ Ϲ Mulier turrita stans, d. navis gubernaculum, s. extensa aquilam gerit. Ær. 2.

Laodicea Libani a Sept. Severo Col. deducta Vlpiano teste. Capitis epigraphe, ut in patre graeca est, quam tum primum inscribere coeperat.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi jun. laur.

P M S COL VIM. In imo AN. VIIII Mulier stolata stans utraque extensa, ad pedes hinc taurus, inde leo. Ær. 3.

C. MESS. QVINT. TRAIANVS DECIVS AVG

ΑΥΤ Κ Γ ΜϹ ΚΥ ΔϹΚΙΟϹ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹϹΒ Caput Trajani Decii laureatum v. d.

ΔΗΜΑΡΧ ЄΞΟVϹΙΑϹ S C Aquila palmae ramo insistens, rostro in partem d. converso, corollam gestat. Arg. 1. Tab. XXXIII. n. 361.

Alius, sed aquila in partem laevam conversa. Arg. 1.

AVT K TPAIANOϹ ΔЄΚΙΟϹ Caput Trajani Decii laureat.

ΣΑΜΙΩΝ Fortuna stolata, et tutulata stans, d. navis gubernaculum globo impositum, laeva cornucopiae. Ær. fere 1.

AVT K TPAIANOϹ ΔЄΚΙΟϹ Caput Trajani Decii laureat.

ΣΑΜΙΩΝ Fluvius barbatus decumbens, d. extensa blanditur pavoni ejus cruri d. insidenti, ad sin. cornucopiae, et urceus cum aquis erumpentibus. Ær. 2.

NVMMI AEGYPTII

A K Γ M K ΔЄΚΙΟϹ TPAIANOϹ ЄV Caput Decii Trajani laureatum cum paludamento.

L A Æsculapius seminudus stat ad aram cum patera in d., sin. baculo innititur, cui involutus serpens. Ær. 2. Tab. XXXIII. n. 362.

Nullum profert Zoega in suo Catal. numm. Decii, in quo nomen Trajani postponatur, ut supra. Idem etiam legitur in nummis Antiochiae paulo ante allatis.

A K Γ M K TPAIANOϹ ΔЄΚΙΟϹ Caput Trajani Decii laureatum cum paludamento ad pectus.

L A Caput Jovis Ammonis. Ær. 2. Tab. XXXIII. n. 363.

A K Γ M K TPAIANOϹ ΔЄΚΙΟϹ Caput Trajani Decii laureatum v. d.

L B Spei typus. Ær. 2.

In his, aliisque Ægyptiis Trajani Decii nummis quos omitto tria eidem praenomina *Caji Messii Quinti* semper adjecta video: plura etiam Herennio ejus filio addita mox videbimus. De tempore imperii Trajani Decii vide quae uberius disputata sunt in lib. n. Vulg. Ær.

NVMM. COLON.

AVT KAI ΓAI MЄC KY TPA ΔЄ..... Caput Trajani Decii laureatum v. s.

CЄП PHCAINHCIωN L III P Templum quinque columnis a latere suffultum, in cujus aditu aquila, in imo fluvius natans, et conchilium. Dupl. Ær. 2.

In hoc praestanti nummo, et in altero anecdoto ejus filii Etrusci clare legitur praenomen ΓAI. Hinc patet respuendam esse Vaillantii opinionem, qui legebat Cnejus loco Caji, quem secuti fuerant Mediob., aliique: patet etiam apud eundem Vaillantium mendose lectum MЄKIOC, loco MЄCCIOC, quem errorem Bandurius, aliique adoptaverant. De communi denique sphalmate praeeunte Norisio, qui omnes in suam sententiam pertraxerat, de agnoscenda scilicet epocha postremis aversae partis literis, in quibus veram lectionem primus detexit Pellerinius docentibus ejus nummis legendum esse *Legio tertia Parthica*, nihil dicam, cum jam neminem lateat sic revera rem se habere. Vide de praenomine Caji praeter citat. meum nummum Q. Herennii, Catal. Theup., in quo tres Decii patris nummi cum eodem praenomine ΓAI, vel ΓA in Col. Rhesaenensi, et Vrbe Selgensium afferuntur, quartum denique apud Sestinium Descript. N. V. pag. 555.

In aliis cum diversis typis jam editis legitur simplex Γ loco ΓAI. ut etiam in duobus praemittitur ΔЄKIOC ante TPAIANOC.

.... S DECIVS AVG Caput Trajani Decii laur. v. d.

P M S COL VIM. In imo AN. XI Mulier stans inter taurum, et leonem Ær. 2.

In recensione horum numismatum Eckhelii D. N. V. Tom. II. pag. 9 sub An. XI Decius omittitur.

HERENNIA ETRVSCILLA AVG

ЄΡЄΝΝΙΑ ЄΤΡΟΥCΚΙΛΛΑ CЄΒ Caput Herenniae Etruscillae Aug. mitella ornatum intra lunam crescentem.

ΔΗΜΑΡΧ CΙΟΥCΙΑC SC Aquila palmae ramo insistens, rostro coronam gerit. Arg. 1.

ЄΡЄΝ ЄΤΡΟΥCΚΙΛΛΑ CЄ Caput Etruscillae Aug.

ЄΦЄCΙΩΝ ΑΝΔΡΟΚΛΟC Vir nudus Hydram conficiens cum cane ad pedes. Ær. 1.

E schedis meis.

In Catalogo Theup. sub Macrino, et sub hac eadem Vrbe similis fere aversa pars ita describitur:

ΕΦΕΣΙΩΝ ΑΝΔΡ..... Vir nudus hasta impetit belvam. Idem porro nomen, ut in nostro supplendum videtur ΑΝΔΡΟΚΛΟΣ, et de aliquo Heroe interpretandum, praesertim cum post M. Aurelium nullos certos magistratus exhibeant Ephesiorum nummi.

NVMMI COLONIARVM

ЄΡЄΝΝ.... ΑΙΤΡΩCΚ...... Caput Etruscillae Aug. Trajani Decii uxoris.

CЄΠ ΡΗCΑΙΝΗC..... Templum ab anteriori parte duabus, a lateribus sex columnis suffultum, in cujus aditu aquila. Ær. 2.

HER ETRVSCILLA AVG Caput Heren. Etruscillae Aug.

P M S COL VIM AN XII Mulier stans utraque manu demissa inter taurum, et leonem. Ær. 2.

Sub hoc anno ab Eckhel. in suo Catalogo omissus.

Q. HERENNIVS CAESAR

ЄPЄNN ETPOV MЄ KY ΔЄKIOC KЄCAP (sic) Caput *Herennii Etrusci Messii Quinti Decii Caesaris* sine laurea v. d. In imo Z.

ΔHMAPX ЄΞOVCIAC SC Aquila lauri ramo insistens, rostro coronam gerit. Arg. 1.

NVMMI COLONIARVM

ΓAI MЄC ЄP ЄTPOVC KINNTOC ΔЄKIOC CЄB Idest *Cajus Messius Herenn. Ætruscus Quintus Decius Aug.* Caput Quinti Herennii laureatum cum paludamento ad pectus.

CЄП KOΛ PHCAINHCIΩN LIII P Colonus agens boves, superne aquila rostro palmae ramum gerens. In imo fluvius natans. Ær. 1. Tab. XXXIII. n. 366.

Insignis nummus iste integerr. ob praenomen ΓAI, quod illi una cum caeteris accessisse nunc primum, quod sciam, innotescit. Confirmat autem lectionem Caji etiam in patre, a quo illud accepisse non dubium. Editum autem fuisse nummum postremo Decii patris imperandi tempore, suadet titulus Aug., quem etiam exhibent nummi romani commatis. Dictus fuerat a patre Q. Herennius Aug. paulo ante expeditionem contra Gothos susceptam, in qua tamen uterque strenue pugnans occubuit. Eckhelius T. VII p. 350 nomina omnia Q. Herennii referens primum *Caji* sibi minime perspectum omisit, quod propterea adjiciendum.

.... REN ETR MES DECIVS NOB. Caput Q. Herennii sine laurea.

P M S COL VIM In imo AN XI Mulier stans, inter taurum, et leonem. Ær. 2. Tab. XXXIII. n. 367.

Notanda in hoc nummo vox postrema in epigraphe capitis NOB, nulla alia adjecta, quae tamen de *Nobilissimo Caesare* interpretanda, ut per se patet. Hinc minus mirum videri poterit, si in nummo Philippi jun. adhuc Caesaris, de quo diximus supra, vox unica CЄB explicanda sit CЄBACTOY YIOC. Caeterum incertum manet utrum in hoc nummo legendum sit AN. XI, vel AN. XII. vitiata ea extrema parte, sed videtur etiam ob Caesaris titulum annus XI potius anteponendus, atque ita emendandus iconismus. Alii tamen habent quoque AN. XII. Eckhel. Catal. addend. Similis cum sola voce NOB extat apud Arig. Ser. 2. Col. Tab. XII.

HOSTILIANVS CAESAR

Γ OVA MЄ.. OCTIA KO.... Integra lectio *C. Valens Messius Hostilianus Quintus Caes.* Caput Hostiliani nudum.

....OV MHTPOΠOΛCOC Meta, sive Obeliscus, in quo superne aquila, in medio Pallas armata, et infra quadrupes, hinc inde duo Athletae lauream in arcum dispositam sustinentes, ad metae latera. A Γ
In ima basi ЄΠINIKIA. Supplendus nummus, M B
ut patet TAPCOY etc. Ær.2. Tab. XXXIII. n.368. K

Similia certamina ediderunt Tarsenses etiam in honorem Sept. Severi, ut ejus victorias celebrarent, de quibus vid. Vaill. Idem in Q. Herennio non absimilem nummum describit, sed ex nostro suae integritati restituendus est. Iste praeclarus nummus paucis illis addendus, in quibus mentio de *epiniciis ludis*. Praeter Vaillantium de iisdem videndus etiam Eckhel. D. N. T. IV pag. 441. Tam iste, quam alter Q. Herennii nummus referendi ad ludos a Tarsensibus celebratos ob victorias Decii Trajani patris.

NVMMI COLONIARVM

.......LIANO QVINTO C Idest *Hostiliano Quinto Caesari* Caput Hostiliani radiatum.

COL A F AV F C CAES METRO Protome Genii Vrbis cum turri in capite, in qua porta. Ær. 2. Tab. XXXIV. fig. 369.

Ex nummis editis a Pellerin. Mel. I. p. 321, et seqq., tum ex iis, quos collegit Eckhel. D. N. V. T. III. p. 430 constat jam qua ratione interpretandi sint tituli hujus Vrbis compendio scripti, ut supra, nempe: *Colonia Prima Flavia Augusta Felix Gemella*, vel *Concordia Caesarea Metrop.* In hoc nummo quarta litera est A pro P, quod idem significat, nempe *Prima*. In aliis similibus nummis apud laud. Auctores videndis, tum paulo infra in eo Treboniani Galli adjiciuntur postremo loco tituli PR. PAL., vel PR. S. PAL. idest *Provinciae Syriae Palaestinae*.

C VAL HOST M QVINTVS CAE Caput Hostiliani Caes. sine laurea.

P M S COL VIM AN XII Mulier stans utraque manu demissa inter taurum, et leonem. Ær. 2.

C VAL HOST M QVINTVS CAE Caput Hostiliani Caesaris sine laurea.

P M S COL VIM In imo AN XII. Mulier inter taurum, et leonem. Ær. min.

In suo Catalogo Eckhelius D. N. T. II p. 9 sub anno XII non modo Etruscillam, et Q. Herennium, ut jam supra innuimus, verum etiam hujus fratrem Hostilianum omisit.

TREBONIANVS GALLVS AVG

AVTOK K Γ OVIB TPЄB ΓΑΛΛΟϹ ϹЄΒ Caput Treboniani Galli laureatum v. d.

ΔΗΜΑΡΧ ЄΞΟVCIAC S C Aquila expansis alis rostro inverso coronam gerit, v. d. intra ejus crura A. Arg. 1.

Alius, sed aquila in oppositam partem conversa, et intra pedes habet B. Arg. 1.

Γ BI (sic) TЄP ΓΑΛΛΟC AV Caput Treb. Galli radiatum cum paludamento ad pectus.

NIKOMHΔЄΩN ΔI.......... Imp. eques ocissime currens, d. hastam. Ær. 2. Tab. XXXIV. n. 370.

Notanda σφάλματα BI pro OVIBIOC, TЄP pro TPЄBONIANOC. Supple ΔIC NEΩKOP.

NVMM. AEGYPT.

A K Γ OVIB TPЄB ΓΑΛΛΟC ЄV CЄB Caput Treb. Galli laureatum cum paludamento ad pectus.

L Γ Providentia stans, d. elata, s. duplex cornucopiae. Ær. 2.

De annis Imperii Treb. Galli vide in lib. Vulg. Ær.

NVMMI COLONIARVM

AVTO ΓAI OVIB TPЄB ΓΑΛΛΟC CЄB Caput Treb. Galli laureatum.

ANTIOXЄΩN MHTPO KOΛON In area Δ Є Mulier rupibus insidens in templo tetrastylo, superne aries. Ær. 1.

Habes in hoc praenomen ΓAI, ut in nummis Decii, et Q. Hetrusci latius scriptum, unico hactenus, quod sciam exemplo in Treb. Gallo.

IMP...... TREB GAL CA Caput Treboniani Galli laureatum cum paludamento ad humeros.

COL DAMAΓ MET Silenus nudus stans ante cypressum, s. utrem hircin. humero impositum retinet, d. elata. Ær. 2. Tab. XXXIV. n. 371. Mendose Γ pro E.

Damascus Coelesyriae Vrbs amplissima metropolis dignitatem ab Augusto primum obtinuit, deinde a Philippo sen. Colonia ex veteranis constituta. Ab eo tempore nummos latine inscriptos edidit, sed mixtis plerumque graecis literis, atque etiam barbaris.

.... GALLVS P F AVG Caput Treb. Galli laureatum.

..... F AVG F G CAES M... *Col. prima Fl. Aug. Fel. Gemella Caes. Metrop.* Bacchus nudus stans, d. scyphum, s. thyrsum. Ær. 2. Tab. XXXIV. n. 372.

De titulis hujus Vrbis diximus in nummo Hostiliani. Litera, quae sextum locum occupat ad similitudinem G accedit, ac propterea de *Gemella* potius interpretanda videtur. Variat tamen in aliis, in quibus formam habet C, hinc ortum inter eruditos dissidium. Vide Eckhel. cit. loc. sive T. III p. 430 de D. N. V.

IMP C C VIB GALLVS P F AVG Caput Vib. Galli laureat.

...... CAES MET PR PAL *Col. Flav. Aug. Caesarea Metropolis Prima Palaestinae.* Juppiter sedens d. fulmen, s. hastam, ad pedes aquila. Ær. 2.

De hoc nummo vide in praecedenti, tum in altero Hostiliani.

IMP C C V TR GALLVS P F AVG Caput Treb. Galli radiat.

CO P F AVG F G C..... Supple *Col. Prima Fl. Aug. Fel. Gemella, vel Concordia Caesarea Metropolis.* Caput turritum Genii Vrbis Caesareae Palaestinae in circulo, quem aquila alis expansis amplectitur, ac veluti sustinere se ostendit. Ær. 2.

De epigraphe aversae partis diximus in Hostiliano. Elementum G ambiguum, sed potius *Gemellae* exprimendae aptum videtur.

.. VT KAIC OVI TPЄB ΓΑΛΟC CЄB (sic) Caput Treboniani Galli laureat. cum paludamento.

ΦΑ ΝЄΙΑC (sic) ΠΟΛЄωC Aquila stans alis expansis su-

perne mons Garizim cum templo, et ad latus alter monticulus cum alia aedicula. Ær. 1.

Nulla in hoc mentio Coloniae, quamvis jam haec Vrbs Samaritidis a Philippo patre deducta fuisset, a quo etiam sibi nomen *Iuliae* indiderat, ut in ipsius nummo diximus. Cur autem postea quoque graeca epigraphe nummos ediderit consule Eckhel. de hac quaestione disserentem D. N. V. T. III pag. 437.

IMP C VIBIO TREBON GALLO AVG Caput Treb. Galli laureatum.

P M S COL VIM AN XII Mulier demissa utraque manu stat inter taurum, et leonem. Ær. 2.

Alius, sed cum epigraphe IMP C GALLVS P FELIX AVG, et AN XIII. Ær. 2.

IMP VIB VOLVSIANVS AVGVSTVS

ΑΥΤΟΚ Κ Γ ΑΦΙΝ ΓΑΛ ΟΥЄΝΔ ΟΥΟΛΟΥϹϹΙΑΝΟϹ ϹЄΒ *Imp. Caes. C. Affinius Gallus Vendumnianus Volusianus Aug.* Caput Volusiani radiatum cum paludamento.

ΔΗΜΑΡΧ ЄΞΟΥϹΙΑϹ S C Aquila stans rostro coronam gestat, intra pedes. D. Arg. 1. Tab. XXXIV. n. 373.

In inscript. Rondaniana legitur VELDVMNIANO.

Ob elementum adjectum ad pedes aquilae caeteris annumerandus, quos recenset Eckhel. D. N. T. III. p. 292. Interpretatio nominum, quae tam in hoc nummo, quam in aliis Volusiani compendio scripta continentur in parte adversa, certo constat ex pluribus inscriptionibus apud Muratorium N. Thes. p. CCCLIII, quemadmodum Cl. Barthelelemyus jam demonstravit Mem. T. XXXIII p. 606. Quanto veteres lapides adjumento sint ad lit. solitarias, quae in nummis ob spatii angustiam insculptae reperiuntur, nos etiam probavimus in lib. n. de Vulg. Ærae Emend., ubi ex integro Muratoriano lapide nummulos Caligulae supplevimus,

in quibus praeter ipsius Imp. titulos, in medio areae extant initiales literae R C C, quae in marmore sic efferuntur REI CENSITAE CONSERVATORI. Mirari autem subiit Cl. Eckhel. post tam praeclarum monumentum adhuc subdubitare potuisse D. N. V. T. VI p. 224. Quis enim conjecturarum finis, si tam eximii testes respuantur? Sed videat quaeso Vir praeclariss. quae ex duabus potior habenda sit ssntentia. Tiberius A. V. C. DCCXXCIV loco Ducentesimae: *pensionem centesimam instituerat*. Ita Tacitus Ann. II. Caligula principatus sui anno primo, vel ineunte secundo nempe DCCXCI, eo vectigali populum levavit: *tributum centesimarum sustulit*. Sic Dio Lib. Hist. LIX. Igitur in nummis, de quibus quaeritur de *Remissis Centesimis*, non *de R CC* mentio habenda fuisset. Sed suspicatur Eckhel. substitutam tum fuisse ducentesimam, quam postea quoque sustulerit. Id quidem factum narrat Tacitus Ann. I a Tiberio An. V. C. DCCLXX. expresse scribens *Archelai* regno *in provinciae formam redacto, fructibus ejus levari posse centesimae vectigal professus est, ac ducentesimam in posterum statuit*. Sed ut videmus A. V. DCCXXCIV *Centesimam* iterum pecuniae attentior Princeps constituit. Nihil autem de ducentesima a Caligula substituta memoratur a Dione, quo silentio nec ita factum jure inferre licet. Secus autem asserere, suspicari, coniicere, non est probare. Ex nummo, de quo est quaestio nulla probatio peti potest: unde ex aliis fontibus petenda; nulla autem aptior, quam ex marmore Muratoriano. Tantum autem abest, ut deinceps Caligula, ex hypothesi Eckhelii, ducentesimam quoque remiserit, ut absumpta omni pecunia, quam Tiberius Ærario intulerat, in extruendo ponte apud Puteolos, quo nulla res in eorum temporum historia celebrior, *exhaustus, atque egens factus, ad rapinas converterit animum exquisitissimo auctionum, ac vectigalium genere*, ut fuse narrat Sveton. cap. 28, et seqq. Id autem accidit labente jam

tertio ejus imperii anno, sive Tribunic. pot. III, et partim etiam IV, ad quam referuntur tam nummi cum initial. R C C, quam inscriptio Muratoriana. Inter caetera autem vectigalia nova, et inaudita tum imposita narrat idem Auctor cap. 40: *pro eduliis, quae tota Vrbe venirent tributum certum, statumque exactum*. Exceptum fuerat antea hoc vectigal ab eo caeterarum rerum venalium, ne acerbum populo nimis evaderet. Modo ut vidimus invectum, exactumque. Quis porro sibi suadeat eodem tempore, eademque tribunicia potest. labente *Ducentesimas a Caligula* remissas, et in ejus benificii memoriam editos tum nummos Tribunic. potest. III, et IV referentes? Mitto caetera, quae narrantur ibidem inusitata vectigalia imposita pro litibus, pro gerulorum quaestibus, pro meretricio tunc primum, ac lenonicio, et alia id genus plura, quae omne plane de sublevando tum populo, ac remittendis Ducentesimis figmentum excludunt. Nostra autem e contra inscriptio verbis integris explicat singulas notas, syllabasque, quae in laudatis Caligulae nummis continentur, nec cum trib. potest. IV repugnat, sit vero falsa, vel ad minus incerta interpretatio de *Ducentesimis*. Ad dignitatem vero Imperii Romani, et ad honorem Imperatorum maxime pertinebat *Conservatio rerum*, quae sub Census nomine continebantur, et a Censorum ministerio pendebant: quo sane magistratu tamquam peculiari quodam morum, disciplinaeque principatu nihil erat in Rep. Romana speciosius.

ΑΥ Γ ΟΥ ΑΦ ΓΑΛ ΟΥΟΛ CЄ *Imp. C. Vib. Affinius Gallus Volusianus Aug*. Caput Volusiani laureatum globo impositum.

ΑΤΤΑΛЄΩΝ. Fortuna stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 2. Tab. XXXIV. n. 374.

Cum binae fuerint Attaliae, una Lydiae, altera Pamphyliae, difficile est definire, qui nummi uni, quive alteri tribuendi sint. Cl. Eckhel. D. N. T. III p. 9 quaedam ponit

criteria ad utrosque facilius secernendos. Ex iis vero nihil mihi proficere licet, ut de hoc nondum edito, quod sciam, quidquam certi statuere ausim. Rem igitur in medio relinquam.

NVMM. AEGYPT.

Α Κ Γ ΑΦ ΓΑΛ Β ΒΟΛΟΥCΙΑΝΟC ЄΥ C Caput Volusiani laureatum cum lorica ad pectus. *Imp. Caes. C. Affinius Gallus Vibius Volusianus Pius Aug.*

L Γ An. III Caput Æsculapii laureatum, et ante baculus, cui involutus serpens. Ær. 2. Tab. XXXIV. n. 375.

De anno imp. Γ vide in cit. Lib. Ær. Vulg. De capitis epigraphe dictum est supra. Addendum ex hoc nomen Vibii per lit. B expressum. Postremas tres lit. simul jungit Cl. Zoega, sed ego dividendas puto, legendumque *Pius Aug.* In laudatis Muratorii inscriptionibus uterque titulus eidem tribuitur.

NVMMI COLONIARVM

.. ΤΟ Κ ΓΑ ΑΦΙΝ ΓΑΛ ΟΥЄΝΔ ΟΥΟΛΟΥCCΙΑΝΟC CЄΒ Caput Volusiani radiatum pectore paludato. *Imp. Caes. C. Affin. Gallus* etc., ut supra pag. 114.

ΑΝΤΙΟΧЄΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΛΩΝ Templum tetrastylum ornatissimum, in cujus medio figura muliebris turrita, atque habitu patrio induta sinistram scopulo impositam tenet, et ad ejus pedes Orontis cernitur fluvii natantis effigies, superne vero aries. In area Δ Є S C. Ær. 1. Tab. XXXIV. n. 376.

Nummus pulcherrimus, et ex omni parte integer Colon. Antiochiae Syriae Metropol.

IMP C.... CALVSSIANO (sic) AVG Caput Volusiani radiatum cum paludamento.

ANTIOCHIOC L A In imo S R. Genius Vrbis genuflexus ante Romam galeatam sedentèm, quae victoriolam in d., hastam gerit sinistra. Ær. fere 2.

IMP C VIM P CALVSSIANO AVG Caput Volusiani radiatum cum paludamento.

ANTIOCHIOC L A Vexillum, in quo inscriptum S R, et aquila superne inter duos lauri ramos erectos, totidemque signa militaria. In imo iterum S R. Ær. 2.

IMP C VI PAP CALVSSIANO AVG Caput Volusiani radiatum v. d.

ANTIOCHIOC L A Vexillum cum aquila superne inter duo signa militaria. In imo S R. Dupl. Ær. 2.

Singuli IV hi nummi Antiochiae Pisidiae integerrimi exhibent testimonium de epigraphe utriusque partis, qua differunt ab editis tam a Pellerinio, quam a Sestinio semel, iterumque in suis Epist. T. I., et IV. Novus vero, et singularis typus Genii Vrbis genuflexi ante Romam sedentem in primo. In secundo pariter clare legitur in labaro, sive vexillo S R. De erroribus, quibus scatent horum nummorum inscriptiones, atque de interpretatione lit. S R, praeter laudatos Auctores, vide Diatribam Eckhelii de Coloniis.

M. AEMIL. AEMILIANVS

AVTOK K M AIM AIMIΛIANOC CЄB Caput Aemiliani laur.

Δ Є
S C In imo aquila stans, omnia intra lauream. Ær. 3. Tab. XXXIV. n. 377.

Cum hactenus editi hujus generis in Elagabalum desinant, deinceps ad Æmilianum usque proferendi. Alterum jam dedimus suo loco Philippi jun.

CORNELIA SVPERA

C CORN SVPERA AVG Caput C. Corneliae Superae mitella ornatum.

C G I H P Idest *Col. Gemella Jul. Hadriana Paria* Capricornus supra Zodiacum cum cornucopiae transverso, et cum globulis intra pedes. Ær. 3. Tab. XXXIV. num. 378.

Merito Corneliae Superae nummi praesertim aerei, et in Coloniis signati singulari raritate insignes habentur. Alium hujus Coloniae primus edidit Pellerin. P. I. pag. 207, sed in eo typus capricorni in oppositam partem conversus, et sine Zodiaco. In imagine etiam Cor. Superae in hoc nostro mitella adjecta cernitur ad capitis ornatum, ut in altero Juliensium apud Haym. T. II p. 389. Duo sunt, quae hic adnotare praestat. Primum Snperae Aug. praenomen esse *Cajae*, non *Cneae*, ut falso sibi suaserant Tristanus, Vaillantius, Bandurius, aliique. Hinc apud Vaill., et Sestin. ubi legitur ΓΝ substituendum est ΓΑΙ. Nummi omnes tam graeci, quam romani commatis, quorum epigraphe integra manet, hujus nostri, tum alterius Pellerinii lectionem confirmant. Vt autem in nummo Cn. Pompeji adnotavimus, simplex C latinum, vel Γ graecum ad Cajum, non ad Cneum exprimendum adhibebatur. Sed nummi praeterea quidam Graeci ipsius Corn. Superae habent ΓΑΙ, ut jam Haymio, Pellerinio, Bellejo, animadversum. Alterum est: initiales literas aversae partis non de Colonia Hipponensi Pia, ut Vaillantio videbatur, aut Hadrum etc., ut Harduino, et aliis; sed de Colonia Hadriana Paria, vel Pariana interpretandas esse. Id jam probatum a Cl. Bellejo Acad. Inscript. T. XXV, et Sestin. Epist. Numism. T. I. pag. 100., suadentque nummi qui sequuntur, locis cit., et apud Pellerin. videndi.

C G IVL HA P
COL G IVL H PAR
C G I H PARIA

Primus Coloniam Hipponensem excludit, reliqui duo nomen ipsum Pariae Coloniae expressum exhibent. In nummis insuper ante Hadrianum, quorum septem recenset Sestinius, abest lit. H, quod argumento est Pariam Coloniam ab Hadriano beneficiis affectam tum primum illius Principis sibi nomen inditum monetae suae inscribere coepisse. Cujus Imperatoris uxor fuerit Corn. Supera adhuc in incerto versatur, quamvis Khellius, consentiente Sodali suo Cl. Eckhelio, sibi suaserit demonstrasse ex nummis ipsius Superae, cum notis ΘϥC sequi eandem uni Æmiliano adscribendam: probabilis quidem sententia, sed nondum extra omnem dubitationis aleam posita. Vide quae de hac re a me afferuntur in lib. de numm. Imp. cum notis chronol. ad numm. Ægaeensium ipsius Corn. Superae.

P. LICIN. VALERIANVS AVG

AVT K ΟVΑΛЄΡΙΑΝΟC Caput Valeriani sen. laureatum cum paludamento.

Γ Α
ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ЄΤ ΒΟC In area Γ Μ Mercurius nudus stans, d. crumenam, s. caduceum. Ær. 3. Tab. XXXIV. n. 379.

De epocha vide in lib. n. saepe cit.

ΑV ΚΑΙ ΠΟV ΛΙΚΙΝ ΟVΑΛЄΡΙΑΝΟΝ CЄΒ Caput Valeriani sen. laureatum.

ЄΤΟV Γ ΑΝЄΜΟV.. ЄΩΝ Supple ΑΝЄΜΟVΡΙЄΩΝ *Anemurium Ciliciae* Bacchus stans cum strophio, d. cantharum, s. thyrsum ad pedes panthera. Ær. 2. Tab. XXXIV. n. 380.

Notae Γ lineola superior parumper vitiata, vestigia tamen supersunt, nec annum X designare potest, quo tempore Valerianus jam in Parthorum captivitatem inciderat.

AVT K ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΟΥΑΛΗΡΙΑΝΟϹ Caput Valeriani laureat.

ЄΦЄϹΙΩΝ Γ ΝЄΩΚΟΡΩΝ. Amazonis, vel Dianae figura supra triremem utraque manu velum explicatum sustinet. Ær. m. Tab. XXXIV. n. 381.

AVT K ΠΟ ΛΙΚ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝ... Caput Valeriani sen. laur.

ΤΥΧΗ ЄΦЄϹΙΩΝ Mulier cum modio in capite, d. pateram, s. cornucopiae: ante pedes avis junonia. Ær. 3.

Vbi in meo ad pedem d. mulieris stat avis, Cl. Taninius amic. m. aram exhibet.

AVT K Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ Caput Valeriani laureatum.

ЄΠΙ Π... Λ ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ ΙΠΠ. In imo ΚΟΤΙΑΕΩΝ, superne inter utramque figuram Α Ρ Χ Æsculapius, et Hygia stantes cum attributis. Ær. 2.

Cotiaeum Phrygiae Epicteti. Supple Π. ΑΙΛ. De significatione vocis ΙΠΠ, vel ΙΠΠΙΚ non una opinio, de qua vide Eckhelium.

AVT K...... ΛΙΚ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝ..... Caput Valeriani laureatum cum paludamento ad pectus.

ϹΤΡ... ϹΩϹΤΡΑΤΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝЄΟΚΟΡ (sic) Binae taedae accensae, quibus involuti serpentes, ara intermedia. Ær. 2.

Vaillantius in simili habet ϹΩΚΡΑΤΟΥϹ, qui vel diversus, vel ex nostro emendandus: *Praetore Sostrato*. Ad Propontidem sita erat maxime a Strabone ob pulchritudinem, magnitudinemque commendata.

AV ΚΑΙ ΠΟΥ ΛΙΚΙΝ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Caput Valeriani laureatum.

ΜΟΨΗЄΩΝ ЄΤΟΥϹ ΗΝϹ An. CCLVIII. Bacchus stans, d. cantharum, s. thyrsum, ad pedes panthera. Ær. 2.

Nunc Mus. Vitzai. Descripsi apud praeclariss. A. Caronni.

Q

Vnicus hactenus iste nummus, et quod Imperatorius Thessaliae, et quod notas chronologicas adjectas offerat. De eo vide in lib. de Epoch.

AVT KAI.....
OVAA......
ΑΝΟϹ ΓΑΛΛΙ
ΗΝΟϹ ΟΥΑΛΕΡΙ Capita Valeriani senioris, et Gallieni se
ΑΝΟϹ respicientia, intermedio tertio Vale-
ΚΑΙϹ riani Caesaris: et illa quidem radiata,
In imo ϹΕΒΒ hujus vero laureatum.

..... ΤΩΝ ΑΡΙϹΤΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ Tres Vrnae, et in singulis palmae ramus. Ær. 2. Tab. XXXIV. num. 382.

Apud Vaillant., et Catal. Theupol. in similibus legitur ϹΕΒΒΒ. In nostro distinguitur Valerianus Caesar proprio titulo ΚΑΙϹ, et duplex tantum adiicitur Β in voce ϹΕΒΒ ad Valerianum, et Gallienum Augustos designandos, quod et veritati magis consentaneum. In aversa supple ΜЄΓΙϹΤΩΝ ΑΡΙϹΤΩΝ, et de hujusmodi vocibus consule Eckhel. D. N. V. T. II pag. 428.

AVPTK (sic) ΠΟ ΛΙΚΙ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ Caput Valeriani laureatum cum paludamento.

ϹΑΜΙΩΝ Mulier tutulata stans, dex. icunculam Junonis pronubae gestat, sin. cornucopiae. Ær. 2.

AVPTK (sic) ΠΟ ΛΙΚ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ Caput laureat.

ϹΑΜΙΩΝ Juno pronuba cum attributis in templo tetrastylo. Ær. 2.

Notandum sphalma in epigraphe capitis AVPTK, quod in his nummis integerrimis clarissime legitur. Signa haec sunt senescentis imperii, et proximi bonarum artium interitus.

NVMMI AEGYPTII

Α Κ Π ΛΙ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ ЄΥ ЄΥϹ Caput Valeriani sen. laureatum pectore loricato.

L A Spei typus. Ær. 2. Tab. XXXIV. n. 383.

Testis est nummus jam ab anno primo scribi coepisse ЄV ЄVC, quae voces deinceps in singulis fere Valeriani nummis Aegyptiis habentur. In Catal. Theup. contra fidem nummorum habes ЄV CЄB. Bandur., et Tanin interpretantur *Pius Pius*, haud recte. Explica *Pius Felix Augustus*, ut in Ægyptiis pariter Æmiliani, ubi ЄVC ЄVT CЄB, idest ЄVCЄBHC ЄVTYXHC CЄBACTOC. In titulo edicti ad Synodum V Justinianus Imperator appellatur Εὐσεβὴς εὐτυχὴς ἔνδοξος *Pius felix inclytus*. Hujusmodi cognomina sic compendio scripta CЄ ЄVCЄ ЄVTY, vel ЄV ЄVC CЄB in moneta Commodi pariter Alexandrina primum conspiciuntur, tum in Philippo sen., et Æmiliano pag. 302., desinunt autem in Gallienum, ut videre est in Catalogo Zoegae pag. 242 n. 80, et pag. 288 n. 1. 6. etc. Cl. Eckhel. D. N. T. IV p. 91. titulos compendio scriptos, ut supra ЄV ЄVC sic interpretatur ЄYΤυχης ЄYCεβης *Felix Pius*, sed allata superius exempla suadent vocem ЄVC iterum dividendam hoc pacto ЄV. C, idest Єυσεβὴς Cέβαςος. Vide etiam in Gallieno.

A K Π AI OVAΛCPIANOC ЄV ЄV C Caput Valeriani sen. laureatum, pectore loricato.

L B An. II Aquila stans rostro inflexo coronam gerit. Ær. 2.

Caput, et epigraphe Valeriani sen., ut in superioribus.

L Z An. VII Aquila stans rostro coronam. Duplex Ær. 2.

A K Π AI OVAΛЄPIANOC ЄV ЄV C Caput laureat.

L Z An. VII Pallas galeata stans, d. caput Serapidis, s. hastam. Ær. 2.

Postremus iste in Ægyptiaca moneta annus, qui certo perspectus. Tam pauci sunt cum L Z, ut merito suspicari queat de L H apud Bandurium.

NVMMI COLONIARVM

IMP CAES P LIG VALERIANVS P F AVG Caput Valeriani laureatum cum paludamento.

CERT SAC CAP OEC ISEL HEL In area COL H FL dispositis vocibus, ut in schemate.

Athleta nudus stans, s. palmam gerit, d. vas in certaminis praemium acceptum retinet. Ær. 1. Tab. XXXIV. num. 384.

Elegans iste nummus ostendit victorem Athletam non modo palma donatum, sed etiam vas aeneum in praemium accepisse. Hujus generis vas ex aere summo artificio elaboratum cum Luctatoribus, aliisque vasculis cuique victori elargiendis, delineatum invenies apud Patinum pag. 160. De iisdem etiam Virgilius Æneid. lib. V. v. 266.

Tertia dona facit geminos ex aere lebetas
Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis.

Plerumque in nummis hujusmodi vascula ad pedes mensae adjiciuntur; in hoc autem ipse victor praemia certaminis, quae promeruit, ostentat.

IMP C P LIG VALERIANVS P F AVG Caput Valeriani sen. laureatum.

COL IVL AVG F HE... In area CERT SACRV CAPIT OEC ISE HEL
In imo urna, ex qua hinc inde erumpit palmae ramus. Ær. 2.

.... LIC VALERIANVS P F AVG Caput Valeriani laur.

COL HEL Vas praegrande ludorum cum palmis supra mensam, quam sphinges 4 sustinent. Ær. 2.

IMP P LIC VALERIAIO (sic) AVG Caput Valeriani sen. laureatum.

P M S COL VIM AN. X\/ (sic) Mulier stans inter taurum, et leonem. Ær. 2. Tab. XXXIV. n. 385.

Nota sumenda pro anno XV, nam XII Valeriano convenire nequit.

P. LIC. GALLIENVS AVG

AVT KA ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC Caput Gallieni laureatum.

ΑΜΦΙΠΟΛЄΙΤΩΝ Mulier tutulata sedens, d. icunculam sustinet, quae d. facem oblongam accensam gerit, ipsa vero figura sedens laeva manu sellae innititur. Ær. 2.

Amphipolis Macedoniae in re monetaria dives.

AVT K Π ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝ Caput Gallieni laureatum.

ΑΠΟΛΛΩΝΗΑΤΩΝ (sic) Templum octo columnis suffultum, in quo figura stans sin. hastam. In imo ΛΥΟΥΚΙ. Ær. m. Tab. XXXIV. n. 386.

In alio simili Vaillantius consentiente Eckhelio legit ΛΥΚΙΩΝ. In hoc nostro de sphalmate monetarii non injuria suspicari licet. Est enim rudis fabricae, ut ea tum ferebant tempora. Etiam in nomine Vrbis H pro I scriptum.

AV K ΠΟ ΚΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC Caput Gallieni radiatum, versus d.

ЄΠΙ ΑΥΡ ЄΡΜΙΩΝΟC ΒΑΡΓΑCΗΝΩΝ Imperator eques pacificatoris habitu v. dextram incedens. Ær. 2.

Suppletur ex hoc nostro Pellerinianus similis, quem exhibet Mel. II. pag. 222, et Tab. XXXII n. 3., in quo nomen magistratus vitiatum. Bargasa Vrbs Cariae versus confinia Lyciae.

AVT K ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΙΗΝΟC Caput Gallieni laureatum.

ΕΦЄCΙΩΝ Fluvii decumbentis typus cum arundine, et urna, cui innititur. Ær. 3.

Ex altero Vaillantii interpretandus fiuvius de Caystro.

AVT K ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝ.... Caput Gallieni laureatum.

ЄΦC ΠΡΩΤΩΝ ACIA^ Sacra thensa a duobus equis trahitur, in cujus medio Solis astrum. Ær. 2.

Nummus iste, ut in eo Orbianae diximus, confirmat sacram Ephesiorum thensam non semper a mulis trahi consuevisse, ut Cl. Eckhelio videbatur, sed equos etiam ad illam vehendam non semel adhibitos fuisse, quod jam a Vaiill., aliisque recte adnotatum fuerat. Vide illum in fine.

A... ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC Caput Gallieni laureatum.

KVMA... idest *Cumaeorum* in Eolide. Vir nudus stans, s. equum capistro retinens. Ær. 3.

AVT K Π ΛΙΚΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC Caput Gallieni laureatum.

KYZIKHNΩN NЄOKP (sic) Binae taedae cum serpentibus ara intermedia. Ær. 3.

.. ΛΙΚΙΝ... ΙΗΝΟC Caput Gallieni laureatum cum lorica ad pectus.

ЄΠΙ CTP A ΦΡΟΝΤ.... In imo MAΓN.... Vrna, in qua duo palmae rami. Ær. 2. Supple *Aurel. Frontone*.

Per omnia similis Pelleriniano Pop. T. III p. 246 Tab. CXXXIV, n. 13, sed depravatae lectionis in corpore vasis, ubi de ludis ЄΝ ΜΟΝϢΔΙΑ mentio habebatur. Vide quid de hisce ludis dictum sit in Dissert. de Nummo Ciceronis.

AVT K ΠΟ ΛΙΚΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC Caput Gallieni laureatum, et cum modica barba sub mento.

CAMIΩN Figura seminuda capite pileo phrygio tecta, utraque manu arcam, vel pelvim gestat. Ær. 2. Tab. XXXIV. n. 387.

Hunc typum Cl. de Wilde explicat de Admeta Eurysthes filia, quem consule p. 191. Sed in ejus iconismo Tab. XXIII. n. 141 mulier nudo capite exhibetur, in nostro autem figura clarissime pileo tecta conspicitur.

AV K... ΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC Caput Gallieni laureatum.

.... ЄVKЄΩ.. Idest CЄΛЄVKЄΩN KAΛYKAΔNOY *Seleucia* KAΛ YK *ad Calycadn.* in Cilicia aspera. Pallas galeata, s. clypeum, d. spiculo monstrum superne fi·

gura humana manum utramque attollens impetit, cujus pedes in binos serpentes erectos desinunt.

Vide hoc monstrum clarius expressum in nummo Alexandri Severj. Emendaudus Vaillantius, qui in simili nummo captivum humi prostratum agnovit.

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ Caput Gallieni laureatum.

ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩ ЄΠΙ Μ ΑΥΡ ϹЄΖϹΤΟΥ (sic) Roma galeata sedens, d. templum sustinet, s. hastam, et ad idem latus clypeus sellae adjacet. Ær. 2. Tab. XXXV. num. 388.

Α Κ... ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ Caput Gallieni facie juvenili laureatum.

ЄΠΙ ϹΤΡΑ ΚΛ... ЄΙΚΗ In imo ΦΟΡΟΥ. In area ΘΗΙΩΝ Bacchus muliebri habitu sedens, dex. urceum, sin. thyrsum. Ær. 2. Tab. XXXV. n. 389.

Ex vestigiis literarum ЄΙΚΗ, quae supersunt, quaeque deficiente margine dimidiatae apparent in epigraphe aversae partis integra lectio supplenda videtur ЄΠΙ ϹΤΡΑ ΚΛ ΝЄΙΚΗΦΟΡΟΥ ΘΗΙΩΝ *sub Praetore Claudio Nicephoro*.

NVMMI AEGYPTII

Α Κ Π ΛΙ ΟΥ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ЄΥ ЄΥϹ Caput Gallieni laureat.

L Α An. I. Mulier stolata, et turrita stans, d. elata, sin. hastam. Ær. 2. Tab. XXXV. n. 390.

Α Κ Π ΛΙ ΟΥ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ЄΥ ЄΥϹ Caput Gallieni laureat.

L Γ Aquila stans rostro inflexo coronam gerit. Ær. 2.

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ЄΥ ЄΥϹ Caput Gallieni laureat.

L Є An. V Caput femineum comptis capillis taenia redimitum, et cum stola ad humeros. Ær. 2. Tab. XXXV. num. 391.

Α Κ Π ΛΙ ΟΥ ΓΑΛΛΙΑΝΟϹ (sic) ЄΥ ЄΥϹ Caput Gallieni laureat. cum paludamento ad pectus.

L Є Fortuna stans cum navis gubernaculo, et cornucopiae. Ær. 2. Tab. XXXV. n. 392.

Notandus ob vocem ΓΑΛΛΙΑΝΟϹ. Praenominibus compendio scriptis in primo, secundo, et quarto duplex interpretatio afferri potest. Vel enim sic distinguere oportet Α. Κ. Π. Λ. ΙΟV, aut hoc modo Π. ΛΙ. ΟV. Si primum; interpretandum erit *Imp. Caes. Pub. Licinius Julius Gallienus*; si secundum, lit. ΟV explicandae de *Valeriano*, vel de *Vero*, quoniam in marmore apud Murat. Thesaur. Inscript. p. CCLIII. 6. Verus appellatur Gallienus. Sed ego quidem Valeriani praenomen anteponendum puto, eo quod in nummis omittatur vox ΟV post quam Valerianus non sine ingenti imperii Romani infamia, et ludibrio a Sapore Persarum Rege captus miserrima apud eum servitute consenuit, ac demum crudelissime necatus fuit. Neque enim decere videbatur, ut captivi nomen, post id temporis filii nummis adjiceretur, cum caetera Julii, vel Veri eidem ex aequo convenire possent. Postremae literae ЄV ЄVC, quas ita dividit Zoega ЄV. ЄVC. eique consentit Eckhel. T. IV. D. N. V. pag. 91. alia ratione dividendas esse pro certo habeo, ut etiam alibi de similibus dictum est: nempe ЄV. Єv. C *Pius Felix Augustus*, nam vox C, CЄB nunquam omitti solebat. Ad exempla allata, de Gallieno subiicere satis erit Gruteri Lapidem p. CCLXXV. n. 1., in quo haec habentur ΑΓΑΘΗΙ. ΤΥΧΗΙ ΑVΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΚΑΙϹΑΡΑ ΠΟΠΛΙΟΝ. ΛΙΚΙΝΙΟΝ. ΙΓΝΑΤΙΟΝ. ΓΑΛΛΙΗΝΟΝ ЄVCЄΒΗ. ЄVΤΥΧΗ. CЄΒΑϹΤΟΝ. Iidem quoque tituli leguntur in marmore Achajae Caro Aug. posito apud laud. Murat. p. CCLXXVII. Vide etiam similes titulos in Æmiliano. Atque haec sunt monumenta, ex quibus certo manat, et fluit explicatio aliorum, in quibus concisae nimis voces, vel solitariis tantum literis scriptae continentur. Quae si respuamus, nihil erit tam certum, et exploratum, quod in dubitationem revocari non possit.

AVT K Π ΑΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹЄΒ Caput Gallieni laureatum pectore loricato.

LH Victoria stans, d. corollam, s. palmam. Arg.

AVT K Π ΑΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹЄΒ Caput Gallieni laureatum.

LI Anno X Caput lunae cum signo falcato in vertice, et face ad humerum sinistr. Ær. 2. Tab. XXXV. n. 394.

Caput Gallieni, et epigraphe, ut supra.

ΔЄΚΑ
ЄΤΗΡΙ
C ΚΥ
ΡΙΟΥ Intra lauream.
L I In imo. Ær. 2.

Ad vota decennalia referenda epigraphe, ut idem exprimunt ΠЄΡΙΟΔος ΔЄΚΑЄΤηρις in Commodo, et ΠЄΡΙΟΔΟϹ ΔЄΚΑΤΗ in Alexandro Sev. Quoniam imperii initia Valeriani, et mox Gallieni ad aestatem vix initam A. V. C. Varr. MVI referenda, ut fuse a me probatum in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. pag. 300, et seq. ex die XXIX augusti ejusdem anni ab Alexandrinis signari jam coepisse oportet An. II, sive LB in nummis Gallieni. Hinc sequitur annum decennalem, de quo mentio in hoc nummo, finem habuisse ante diem XXIX mensis augusti A. V. C. Varr. MXV, eo quod jungatur cum anno Alexandrinorum X, LI, qui ex dictis coeperat in Neomenia Thoth, sive die XXIX augusti A. V. C. Varr. MXIV, finem habiturus pridie revertentis diei insequentis anni. Cl. Eckhelius, quod initia imperii Valeriani, et Gallieni in annum exeuntem V. C. Varr. MVII differat, debuit etiam D. N. Vet. T. VII p. 393 sub Gallieno annum X. LI Alexandrinum, de quo in hoc ipso nummo mentio est, inchoandum statuere ex die XXIX augusti A. V. C. MXV, ejusque exitum conjungere cum revertente Neomenia insequentis anni V. C. MXVI. Sed a nostris calculis, qui cum iis Tillemontii consentiunt, fas non est recedere, quemadmodum firmissimis argumentis demonstratum est in citato

lib. de Vulg. Ærae Emend. quosque mirifice confirmat etiam nummus ejusdem Gallieni ex Mus. R. G. apud Zoegam cum notis L Iς, An. XVI. Nam in sententia Eckhelii annus iste coepisset die XXIX augusti anni V. C. Varr. MXXI, ante quinque menses interfecto jam prope Mediolanum Gallieno, de quo Chronologiae capite Eruditi omnes consentiunt.

AVT K Π ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC CЄB Caput Gallieni laureatum.

L I An. X Fortuna tutulata stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 2.

Caput Gallieni, et epigraphe, ut supra.

L I An. X Mulier stolata stans, d. elata spicas, s. hastam transversam, pone palmae ramus. Ær. 2.

AVT K Π ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC CЄB Caput Gallieni laureatum pectore loricato.

L IΓ Providentia sedens. In area palmae ramus. Ær. 2.

AVT K Π ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC CЄB Caput Gallieni laureatum.

L IЄ An. XV inscriptum clypeo, quem binae Victoriae dexrris sustinent. Ær. 2.

Alii septem cum eodem anno, ac diversis typis jam editis, quos omitto, ut caeteros omnes magno numero annorum praecedentium. De anno supremo imperantis Gallieni in nummo praecedenti dictum est.

NVMMI COLONIARVM

.... LIC GALLIENIVS (sic) AVG Protome Gallieni laureata, et loricata cum hasta ad humerum sin.

COL DAMA METRO Vrna tripodi imposita, in qua duo palmae rami, et hinc laureae ramus, inde sortium globuli. Intra pedes tripodis X V. Ær. 2.

Alius parum diversus. Ær. 2.

IMP CAES P LIC. .... Caput Gallieni laureatum cum paludamento.

COL DAMAS METRO Vrna ludorum. Ær. 2.

IMP C P LIC GALLIENVS AVG Caput Gallieni radiatum.
COL TVR METRO Mercurius stans seminudus cum pallio, d. baculum, sin. caduceum. Ante pedes Ibis, pone conchylium, et palma arbor. Ær. 1. Tab. XXXV num. 395.

IMP C P LIC GALLIENVS AV Caput Gallieni radiatum.
COL TVRO METR Ambrosiae petrae, inter quas magna arbor olivae, et ad latus unius alius surculus minor ejusdem generis. In inferiori segmento canis conchilium ore apprehendens. Ær. 1.

Vtriusque nummi symbola praeeunte Nonno egregie explicant Tristanus, et Vaillantius in Valeriano, et Salonina, denique Eckhel. sub hac Vrbe. Ambrosiae petrae ad originem Vrbis spectant, conchylium a cane apprehensum, ejusque succus admirabilis purpurei coloris, quo canis fauces respersae, ad Tyriae lanae, et Ostri inventionem refertur.

SALONINA AVGVSTA

CΑΛΩΝ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CEBA Caput Saloninae in luna bicorni.
ΕΦΕΓΙΩΝ. Γ. ΝΕΟΚΟΡΩΝ (sic) Diana rupi insidens, d. pateram, s. arcum, et pharetram ad hum. Ær. 2.

CΑΛΩΝ. ΧΡΥCΟΓΟΝΗ. C Caput Saloninae Chrysogones Aug.
ЄΠ ΡΟΥΦΟΥ ΑCΙΑΡ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ Γ ΝЄΩΚΟΡΩΝ Dea tutulata adversa sedens veste amplissima tota contegitur, ut nec manus, nec pedes appareant. In pectore pluribus margaritarum ordinibus summopere ornata conspicitur. Ær. 2. Tab. XXXV. n. 396.

Cum Seguino, et Harduino Proserpinam hic designari merito dixeris, quam a Sardianis in maximo honore habitam prae caeteris docet inscriptio apud Grut. pag. LXXXVII,

cui addendi nummi quamplurimi hactenus editi. Prave depicta exhibetur haec figura apud Arigonium Serie III Imp. Tab. XXXIV. n. 472.

.ΚΟΡ ϹΑΛΩΝϾΙΝΑ ϹϾΒ Caput Saloninae Aug.

..ΚΩΦ.ΕΥ... ΑϹΙΑΡΧΩ ϹΑΙΤΤΗΝ... *Saetteni Lydiae*. Figura in templo 4 columnarum. Ær. 2.

Similis extat apud Arigon. Ser. II Imp. Tab. XV. fig. 232, sed in eo pariter vitiata lectio magistratus.

NVMMI AEGYPTII

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝϾΙΝΑ ϹϾΒ Caput Saloninae cum stola ad pectus.

LΔ An. IV Aquila stans v. s. rostro coronam gerit. Ær. 2.

Alius, sed LZ An. VII. Ær. 2.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝϾΙΝΑ ϹϾΒ Caput Saloninae Aug.

LIA Fortuna in lectisternio cum navis gubernaculo, et cornucopiae. Ær. 2.

Caput, et epigraphe Saloninae, ut supra.

LIΔ Caput Isidis cum flore loti in vertice. Ær. 2.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝϾΙΝΑ ϹϾΒ Caput Saloninae Aug.

LIϾ An. XV Serapis cum modio in capite sedens, d. extensam tenet supra cerberum ad ejus pedes excubantem, pone in area palmae ramus. Ær. 2. Tab. XXXV. num. 397.

NVMMI COLONIARVM

CORNELIA SALONINA AVG Caput Saloninae Aug.

COL IVL AVG FEL BER Astarte stolata, et tutulata stans, pede sin. prorae navis imposito, d. hastam in suprema parte in crucis formam desinentem gerit; laeva acrostolium, simulque vestem elevat. Non lon-

ge Victoria in columna stans ejus capiti coronam admovet. Ær. 1.

CORNELIA SALONIN.. AVG Caput Saloninae Aug.

CO DAMS (sic) MET. Vas ludorum supra tripodem, ex quo gemini veluti flores emergunt; sunt certe a palmae, vel laureae ramis diversi. Ær. 2.

Differt ab eo Pellerinii, quem vide Mel. I. pag. 338. Tab. XXIII. n. 7.

S-LONIN........ Caput Saloninae cum stola ad pectus.

COL A... TRO Equus pascens. Ær. 2.

Supersunt quaedam literae post Saloninae nomen, sed incertae lectionis.

SALONINVS. CAES

Π ΛΙΚ ΚΟΡ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹ ϹЄΒ Caput Salonini nudum, cum paludamento ad pectus.

L Δ Providentiae stantis typus. Arg. Tab. XXXV. n. 398.

In eo, quem describit Zoega sub n. 4 cum eodem Providentiae typo, capitis epigraphe habet ЄΥϹЄ ϹЄΒ Sed in nostro legitur ΚΑΙϹ ϹЄΒ, quae voces explicandae: *Caesar Augusti filius*, ut in Philippo jun. dictum est. Hinc assentiri nequeo Cl. Eckhelio, qui D. N. V. T. VII pag. 425 in hujusmodi nummis Alexandr. Salonini cum L Δ, et Z titulum *Augusti* agnoscit, ut etiam in iis Philippi jun. pag. seq. 426. Etenim a veritate abhorret hujusmodi interpretatio, altera vero de ϹЄΒΑϹΤΟΥ ΥΙΟΥ *Augusti filio*, sive *Pii Fel. Aug. filio* Caesarum propria, totque insuper praeclaris nititur exemplis, de quibus loco cit. diximus.

VALERIANVS. CAES

Κ ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ Caput Valeriani Caesaris sine laurea.

ΟΥΑΤЄΙΡΗΝΩΝ Figura Veneris, vel Amazonis potius se-

minuda, ad humeros veste in chlamydis formam defluente, d. demissa ramum, s. bipennem gerit. Ær. min. Tab. XXXV. fig. 399.

ΟΥΑΛЄΡΙΑΝΟϹ Κ Caput Valeriani Caes. nudum.

ΠЄΡΓΑΜΗΝΩΝ Cista mistyca Bacchi; ex qua erumpit serpens. Ær. min. Tab. XXXV. n. 400.

Vtrum nummi isti, caeterique omnes, qui Valeriano jun. adscribi communiter solent a Numismaticis, ad eundem revera spectare dicendi sint, an vero ab eo abjudicandi, et uni Salonino fratri, qui certo Caesar extitit, restituendi fuse, eruditeque inquirit Eckhel. sub Salonino pag. 427 Tom. VII cit. quem consule, si lubet Erudite Lector. Ego equidem veterem in ejus nummis describendis methodum retinendam censui.

TIB. CEST. ALEXAND. AEMILIANVS

Α Κ ΤΙΒ ΚΕϹΤ ΑΛΕΞΑΝΔ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟϹ ϹЄΒ Caput Alexandri Æmiliani Aug. diademate ornatum, ac dependente ad humerum sinistrum clypeo.

L A Aquila stans inflexo rostro, atque alis expansis. Ær. 3. Tab. XXXV. n. 401.

Similis extat apud Pellerinium; sed in epigraphe capitis secunda lit. apud illum est I. Non dubium autem, quod injuria temporum vitiata fuerit. In nostro enim clarissime est K. Perperam Eckhelius, et Zoega hosce nummos in suspicionem vocant, quos si oculis suis subiicere potuissent aequum magis de ipsis judicium pronuntiassent. Nonnihil differunt a caeteris, qui sunt fabricae Ægyptiacae, sed indubiae vetustatis. Gallieni tempore extitisse hunc Tyrannum, nec brevissimo tempore in Ægypto rebus praefuisse ex Pollione constat, qui eidem *Alexandri*, vel *Alexandrini* praenomen tribuit: Quid autem refert si in tanta eorum temporum varietate, rerumque vicissitudine, aliquis Moneta-

rius a communi Ægyptiorum forma aliquanto recesserit in eo nummo edendo, et promiscue, quadratis, lunatisque lit. C, et E usus fuerit, et caput Æmiliani diademate ornaverit? Hujus rei exemplum mox videbis in Vabalatho: de promiscuis vero literarum formis jam inde a primis imperii romani temporibus.

CLAVDIVS GOTHICVS AVG

AV K M AVP KΛΑVΔΙΟC... Caput Claudii Gothici laureatum cum paludamento ad pectus.

CAΓΑΛΑCCЄΩΝ Deus mensis cum pileo phrygio, et luna crescente ad humeros in equo. Ær. 1.

Sagalassus inter nobiliores Pisidiae Vrbes recensenda.

NVMMI AEGYPTII

AVT K KΛΑVΔΙΟC CЄB Caput laureat.

LB Caput juvenile Anubidis cum tutulo, et flore in vertice, nudo pectore, et pallio ad hum. sin., ante faciem caduceus in palmae ramum desinens. Ær. 3.

AVT K KΛΑVΔΙΟC Caput Claudii laureat.

L K (sic pro B) Victoria gradiens, d. corollam. Ær. 3.

Alius, sed Æquitas sedens pariter cum nota vitiata B, et in medium scissa. Ær. 3. Tab. XXXV. n. 403.

In hisce duobus nummis nota B ita vitiata est, ut minus attendenti fucum facere possit, quasi sit nota Δ, quod tamen falsum. Atque hoc idem evenisse puto duobus nummis a Zoega citatis cum suprascripta nota Δ; neque enim Claudio annus IV imperii convenire potest etiam ex computatione Ægyptiaca, multo vero minus an. V. LЄ, quem ibidem in alio subjungit laud. Zoega. Vide quae de exitu Claudii, ejusque imperii initio a me probata sunt in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. pag. 287, et seq.

Alios omitto cum notis Α, et Β, Γ jam editos, praeter quas notas nullae aliae mihi compertae in Claudii nummis.

VABALLATHVS CVM AVRELIANO

ΙΑC ΟVΑΒΑΛΛΑΘΟC ΑΘΗΝΟV ΑVΤ CΡѠ Caput juvenile Vaballathi diademate, et laurea ornatum cum paludamento. In area LΔ.

ΑVΤ Κ Λ Δ ΑVΡΗΛΙΑΝΟC CЄΒ. In area LΑ. Caput Aureliani laur. cum paludamento. Quinque Ær. 3. Tab. XXXV. n. 404.

ΙΑC ΟVΑΒΑΛΛΑΘΟC ΑΘΗΝVΑCΡ Caput Vaballathi laureatum, diadematum, ut supra. In area LΔ.

Α Κ Λ ΔΟΜ ΑVΡΗΛΙΑΝΟC CЄΒ In area L, in extrema vero ambitus ora Α. Triplex Ær. 3. Tab. XXXV. n.405.

ΙΑC ΟVΑΒΑΛΛΑΘΟC ΑΘΗΝΟV ΑVΤ CΡѠ Caput Vaballathi, ut in superioribus. In area hinc inde LЄ.

ΑVΤ Κ Λ Δ ΑVΡΗΛΙΑΝΟC CЄΒ In area LΒ Caput Aureliani laureatum. Triplex Ær. 3. Tab. XXXV. n. 406.

ΙΑC ΟVΑΒΑΛΛΑΘΟC ΑΘΗΝVΑCΡ Caput Vaballathi diadematum, laureatum, ut in superioribus. In area LЄ.

Α Κ Λ ΔΟΜ ΑVΡΗΛΙΑΝΟC CЄ. In area L, in extrema vero marginis ora Β Caput Aureliani laureatum, ut in superioribus. Triplex Ær. 3. Tab. XXXV. n. 407.

Omnes hactenus editi Vaballathi nummi cum Aureliano ad hosce quatuor a me descriptos revocandi. Nam ex magno eorum numero, quos non semel mihi comparavi, atque inter se contuli, ex quibus etiam hosce magis integros selegi, inscriptionem a suprascriptis diversam invenire non potui. Singuli exhibent annum IV, vel V Vaballathi, primum, vel II Aureliani. Tam qui primi sunt temporis, quam qui posterioris duplici tantum, eaque diversa epigraphe constant, longiori una, breviori altera, sed eadem semper ratione, iisque literis inscripti, ut supra videre est.

De epigraphe, quae capiti Vaballathi adjicitur post varias, dissidentesque doctorum virorum sententias adhuc in obscuro versamur, quae revera interpretatio ipsi aptanda sit; idque ortum esse video, quod de ordine, quo singulae literae in suprascriptis nummis dispositae sint nemo hactenus animadverterit. Quem quidem si attendamus, eo constituto, justo tunc fundamento de sensu, qui singulis iis literis subesse possit, aliquid non ineptum expromere fas erit. Ordo igitur, et dispositio inscriptionis in singulis hujusmodi nummis ea est, quam supra dedimus. Nec aliam esse debere, aut fingi posse clarissime suadent bini ii nummi ex quatuor supsascriptis, in quibus ad caput Vaballathi epigraphe utroque in extremo initialibus tantum literis scripta est. In illis enim protome Vaballathi inscriptionis initium ab ejus fine ita divisum exhibet, ut inter utrumque extremum non parvum supersit spatium literis plane vacuum; in reliquis vero duobus, quorum uberior inscriptio, idem spatium replent eae literae, quae redundant; ita tamen, ut quae initium inscriptionis constituunt in duobus prioribus nummis, in his quoque eundem locum servent, nec ab eo vel minimum dimoveantur. Quibus rite perpensis illud corollarii loco sequitur, in singulis quatuor hujusmodi nummis inscriptionis initium constituendum esse in literis IAC, finem vero in lit. ACP, vel AVT CPѠ.

Hisce positis, atque admisso, de quo sane dubitari nequit, quod ad idem significandum inserviant literae breviori compendio scriptae AΘHNVACP, quod in caeteris duobus nummis latius scriptum continetur hoc pacto AΘHNOV AVT CPѠ, certa quaedam via, atque aditus patet ad tentandam probabilem aliquam earundem literarum interpretationem. Literas tres IAC singulas initiales, et pro solitariis accipiendas facile quisque mihi concesserit. Hinc jure infero iis tria praenomina Vaballathi designari, atque hoc pacto interpretandas existimo: IVLIVS AVREL. SEPTIMIVS VABALLA-

S

THVS. Hanc non contemnendam, ut arbitror, praenominum explicationem suadere mihi videntur nummi ejusdem generis, qui ad eadem tempora, et Vaballathi familiam spectant, tum Palmyreni lapides apud Muratorium p. DCCVIII, DCCXLIV, et DCCXLV, in quibus de eadem Vaballathi familia, aliisque illustribus viris Palmyrenis mentio habetur. In his enim sic lego: ΙΟΥΛΙΟϹ ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΣΑΛΜΗϹ ΚΑϹϹΙΑΝΟΥ: ΙΟΥΛΙΟΝ ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΖϾΒϾΙΔΑΝ ΜΟΚΙΜΟΥ. Insuper ϹϾΠΤΙΜΙΟΝ ΟΥΟΡΩΔΗΝ: ϹϾΠΤΙΜΙΟΝ ΑΙΡΑΝΗΝ ΟΔΑΙΝΑΘΟΥ: ϹϾΠΤΙΜΙΟϹ ΟΔΑΙΝΑΘΟϹ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟϹ ϹΥΝΚΛΗΤΙΚΟϹ Ο ΑΙΡΑΝΟΥ ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟΥ ΥΟΥ. Quibus denique addendi Zenobiae nummi cum praenomine ϹϾΠΤ. Palmyrenis itaque ex illustri familia ortis, ut erat Salmes, qui inscribitur ΙΠΠϾΥϹ ΡΩΜΑΙΩΝ, ut Zebidas, qui vocatur *Dux exercitus ad Emporium Vologesium*, in usu erant praenomina *Iulii Aurelii*; iis vero, qui affinitate aliqua, vel etiam sanguine conjuncti erant cum Vaballatho nostro alterum insuper *Septimii*. Praeeuntibus ergo hujusmodi exemplis non inepta plane videri poterit interpretatio proposita de tribus solitariis literis ΙΑϹ.

Neque mirari subeat, quod haec tria simul praenomina in nummis Vaballathi praemittantur, atque ob loci angustiam literis tantum initialibus. Bina habes praenomina Aureliani eodem modo scripta in aversa parte numismatum, de quibus agimus: ΑΥΤ ΚΛΔ. Tria in Quintillo ejusdem temporis Principe ΑΚΜΑΚΑ. Totidem in Gallieno ΑΚΠΛΙΟΥ, vel ΑΚΠΛΙΓΝ, totidem in Decio hoc pacto: ΑΚΓΜΚ. Atque ut de aliis sileam, plura latius scripta in nummo Q. Herennii nostro, quem vide suo loco, quique ita inscribitur: ΓΑΙ ΜϾϹ ϾΡ ϾΤΡΟΥϹ ΚΙΝΝΤΟϹ (sic) ΔϾΚΙΟϹ.

Explicatis jam solitariis tribus literis, quae inscriptionis initium constituunt, de iis modo inquirere praestat, quae ad finem ejusdem pertinent; sunt autem hujusmodi ΑΘΗΝΟΥ ΑΥΤ ϹΡΩ, vel ΑΘΗΝΥΑϹΡ. Eas autem sic dividen-

das censeo ΑΘΗΝΟ Υ ΑVΤ. C. ΡΩ. vel ΑΘΗΝ. Υ. Α. C. Ρ. Quo ad primas binas voces ΑΘΗΝΟ. Υ: cum videam editos nummos ejusdem generis Aureliani, et Athenodori imaginem referentes, et annum Α Aureliani, Δ vero Athenodori; insuper vero existant similes nummi Aureliani, et Sept. Zenobiae, quae se in iis CЄΒ Aug. appellat: Vopiscus denique nos doceat Zenobiam habuisse filium natu minimum, quem ille BALBATVM appellat, subdens sub ejus nomine Zenobiam regnum tenuisse; non dubito, quin eae voces cum Cl. Pellerinio, et Froelichio sic interpretandae sint *Vaballathus Athenodori filius*, idque familiari Orientalium more, ut innumera hujus generis monumenta graeca palam faciunt, et Palmyreni lapides suprascripti confirmant. Neque ego hoc loco inquiram, qua ratione Vaballathus Athenodori filius vocandus sit. Dicam illum si non natura, adoptione id consequi potuisse, vel fuisse ipsius privignum, ut putat Froelichius; dicam silentibus historiis in eorum locum vetera monumenta, lapides, nummos succedere, eorumque incorrupta fide veteres ipsos historicos plerumque suppleri, et emendari.

Quae sequuntur voces AVΤ. C, vel Α. C, facem praeferentibus ipsius Vaballathi nummis graecis, in quibus cum L. Є inscribitur AVΤ Κ ΟVΑΒΑΛΛΑΘΟC ΑΘΗΝΟ CЄΒ, sunt autem sine Aureliani imagine cum ubertatis, vel Solis figura, proculdubio explicandae videntur *Imperator Augustus*, nisi mavis interpretari CΥΜΜΑΧΟC, idest Imperator *socius*, *vel confoederatus*, ut in Mopsuestiae epigraphe apud Grut., quae se inscribit ΦΙΛΗC ΚΑΙ CΥΜΜΑΧΟC ΡΩΜΑΙΩΝ. Superest postremo loco vox ΡΩ, vel Ρ, quae non aliter profecto interpretanda, quam ΡΩΜΑΙΩΝ. Inusitatum id quidem, et novum videri potest. Sed video jam eam vocem ΡΩΜΑΙΩΝ adhibitam in meis utriusque Gordiani Afr. nummis, quos vide suo loco, in Palmyrenis item lapidibus; video Vaballathum laurea simul, et diademate ornatum caput

exhibere. Id ergo externo Principi, atque Orientali condonandum, si se *Romanorum Imperatorem* appellet, vel Imperatorem *confoederatum, et socium Romanorum*, quod aliquam imperii Romani partem in suam potestatem redegisset. Licuit Orientalibus sequioris aetatis Imperatoribus se ΒΑΣΙΛΕΑΣ ΡΩΜΑΙΩΝ appellare. Idem ergo etiam antea Vaballatho aeque Orientali, et Palmyreno Dynastae placuisse concedendum erit. De tot autem Cl. viris, qui in hujusmodi nummis explicandis jere in alia omnia unum illud jam statuendum quisque videt: quod illi ad ordinem, et divisionem in epigraphe retinendam minime animum adverterint, ut Pellerinius, ut Zoega, ut Eckhelius, ut caeteri omnes. Pellerinius tamen, qui eandem in iconismo Vaballathi cum L Δ recte exhibuerat, si huic uni totus insistere cogitasset, rem bene inchoatam, atque ex parte etiam optime illustratam perfecisset.

L. DOM. AVRELIANVS AVG

AV K Λ ΔΟ ΑVΡΗΛΙΑΝΟC CЄB Caput Aureliani laureat. cum paludamento.

L Δ Figura stolata stans, d. bilancem, s. cornucopiae. Ær. 1.

Cum caeteris eorum temporum, qui numero plurimi apud me servantur comparatus iste, mole sua excellit.

A K Λ ΔΟΜ ΑVΡΗΛΙΑΝΟC CЄB Caput laureatum Aureliani.

ЄΤΟΥC ς Aquila stans rostro coronam, ad latus sin. palmae ramus. Ær. 3.

ЄΤΟΥC. ς, sive annus sextus fuit Aureliano postremus, de quo satis dictum est in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. p. 256, et seqq., ubi ejus imperii fines circumscribendos demonstravimus a media aestate anni V. C. Varr. MXXIII, ad labentem Januarium A. V. C. Varr. MXXVIII, quibus annus VI Ægyptiacus incoeptus comprehenditur.

SEVERINA AVG

.. Π CЄVHPINA CЄB Caput Vlpiae Severinae diademate ornatum, et cum stola ad pectus.

ЄTOYC ς An. VI Spes gradiens, d. florem, s. vestem elevat. Ær. 3. Tab. XXXV. n. 408.

Addendus iste Zoegae Catalogo. Praeter hunc annum L ς, in nummis Severinae editis, iisque non paucis signatur etiam An. VII. L Z, qui profecto conciliari nequit cum annis imperii Aureliani. Variae propterea a viris doctis afferuntur interpretationes, sed in iis exponendis hic diutius immorari minime necesse est. Quamcumque enim selegeris, illud pro certo habendum Aurelianum diuturniori imperio dignissimum per fraudem interemptum fuisse labente sexto ejus imperii anno Ægyptiaco, de quo vide cit. loco lib. n. paulo ante sub eodem Aureliano.

M. CL. TACITVS AVG

A K KA TAKITOC CЄB Caput Taciti laureatum cum paludamento, et promissa barba.

ЄTOYC A Æquitas stans. Ær. 3.

Alius, sed Victoria gradiens, d. corollam, sin. palmae ramum. Ær. 3. Tab. XXXV. n. 409.

M. AVREL. PROBVS AVG

A K M ΠPOBOC CЄB Caput Probi laureatum.

L ς An. VI Victoria gradiens, dex. corollam, sin. palmam. Ær. 3.

A K M AVP ΠPOBOC CЄB Caput laureatum Probi Aug. pectore loricato.

LH Aquila stans rostro coronam gerit. Ær. 3. Tab. XXXV. n. 410.

M. Aurelium Probum Tacito, deinde Floriano sublatis imperium obtinuisse ex a. d. V. Non Jul. A. V. C. Varr. MXXIX jam demonstravimus in lib. n. de Vulg. Ærae Emend. p. 233, et 260. Ex notis autem chronol. hujus nummi LH, sive anno VIII jure inferre potuimus eundem interfectum fuisse post diem XXIX augusti ejus anni, quo Consul V processerat, vel certe si ante eum diem; eo tempore, quo nondum Ægyptiis, revertente eorum anno civili, ejus caedes patrata apud Sirmium innotescere potuisset. Consulatus autem V Probi index est in Fastis rite digestis anni V. C. Varr. MXXXV, optime vero calculum annorum VIII ab uno ad alterum extremum procedere cuique attendenti patet. Ex his autem quae modo, quaeque supra non uno in loco adnotavimus perspicue liquet quanto adjumento sint nummi Ægyptii cum notis adjectis ad historiam imperii Romani sequioris praesertim aetatis recto ordine chronologico disponendam.

Atque hoc loco addere lubet ad superiora confirmanda anecdotum nummulum arg. purioris notae a me olim descriptum apud ornatissimum Am. n. Advocatum Jo. Bapt. Bondacca, qui sic se habet:

IMP CAES M AVR PROBVS P F AVG Caput Probi laureatum.

P M TR P VI COS V P P Ipse Imperator stans inter duo signa militaria.

Jungitur in hoc praeclaro nummo tribun. potest. VI cum consulatu Probi V, qui index est A. V. C. Varr MXXXV. Eadem trib. potestas VI in lapide apud Norisium jungitur quoque cum ipsius Probi consulatu IV, qui signat A. V. C. MXXXIV. Ex his ergo patet recte procedere annum I tribunic. potest. simulque imperii Probi ex a. d. X Kal. Maji A. V. C. MXXIX, quo e vivis abeunte Tacito ab Orientis exer-

citu in Augustum electus fuerat; vel ex a. d. V. Non Julii, quo Floriano Taciti fratre sublato, idem Probus solus imperii habenas moderari coepit. Patet insuper annum I tribunic. potest., simulque imperii ejusdem Probi partim spectare ad A. V. C. MXXIX, partim vero ad insequentem MXXX, quo ipse Probus Consul processsit collega Paullino, ut recte jam a Norisio demonstratum contra Panvinium, et Baronium, qui hunc consulatum e Fastis expungendum putaverant; deinceps vero annos tam imperii, quam tribunic. potestatis in insequentes annos eodem ordine disponendos esse. Denique de anno VII imperii inchoato romano more, VIII vero ex Ægyptiaca methodo ab eodem Probo, cujus interitus contigit in suo consulatu V, ut paulo ante jam diximus, de quibus etiam vide, quae fusius allara sunt citatis in locis lib. n. Ærae Vulg.

Obiter hic demum animadverto ex allatis monumentis sequi tribunic. potestatem a Probo non a Kalendis Januariis, sed ex eo die, quo illam cum imperio primum acceperat, iteratam fuisse, quemadmodum ab Augusto primum, tum a subsequentibus Caesaribus ad Antoninum usque factum fuisse constat. De reliquis vide quae habet Eckhelius de tribunicia potestate disserens Tom. VIII. D. N. V. pag. 398, et seqq.

M. AVR. CARVS. AVG.

A K M A KAPOC CЄB Caput laureatum Cari cum paludamento.

L A Æquitas stans. Ær. 3. Tab. XXXV. num. 411.

M. AVR. NVMERIANVS AVG

A K M A NOVMЄPIANOC CЄB Caput Numeriani laureatum cum paludamento.

ЄΤΟΥC Γ Mulier stolata stans, d. florem, sin. hastam transversam. Ær. 3. Tab. XXXVI. n. 412.

M. AVR. CARINVS AVG

A K M A KAPINOC CЄB Caput laureatum Carini pectore loricato.

L B Aquila stans inter duo vexilla militaria rostro inflexo corollam, et e regione in area astrum. Ær. 3. Tab. XXXVI. n. 413.

G. VAL. DIOCLETIANVS AVG

...., OVAA ΔΙΟΚΑΕΤΙΑΝΟC CЄB Caput Diocletiani laur.

L A Fortuna stans, d. navis gubernaculum, sin. cornucopiae. Ær. 3. Tab. XXXVI. n. 414.

A K Γ OVAA ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC CЄ Caput Diocletiani laureatum, ac promissa barba.

L B An. II Æquitas stans, d. bilancem, s. cornucopiae. Ær. 3.

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC CЄB Caput Diocletiani laureatum.

L IB An. XII Spes gradiens, sin. vestem elevat. In area palmae ramus. Ær. 3.

Pellerinius Mel. I. p. 237 testatur se nummos posssidere ab anno ejus imperii I. ad XV, quo anno, vel circa eundem Alexandrinis feriundae hujus generis monetae potestas erepta fuisse videtur. Vide de hoc argumento Eckhel. D. N. T. IV p. 96.

M. AVR. VAL. MAXIMIANVS AVG

A K M A OVA MAΞIMIANOC CЄB Caput Maximiani laureat.

ΔI (sic) Juppiter nudus stans, d. pateram, sin. hastam, ante pedes aquila. Ær. 3.

Erratum in exprimendis notis; est enim L retrograde scriptum, quod complectitur notam anni primi A.

FL. CONSTANTIVS CAES

ΦΛΑ ΚΩCTANTIOC K (sic) Caput Constantii Caes. laur.
LB Aquila stat nullam rostro coronam gerens, sed palmae ramum ad latus sin. Ær. 3.
Tab. XXXVI. n. 416.

GAL. MAXIMIANVS. CAES

ΓΑΛ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟC K Caput Gal. Maximiani Caes. laur.
LΔ Dimidia laurea corona, quam aquila explicatis alis claudit, sustinetque, intra quam annus IV, ut supra inscriptus. Ær. 3.
Tab. XXXVI. n. 417.




T

ADDITIONES

AD NVMISMATA IN PRAECEDENTIBVS LIBRIS DESCRIPTA

Cum in edendis hisce libris Museo nostro non panca, praesertim ex Imperialibus numismata accesserint, nonnulla etiam ab Amicis mihi communicata fuerint, quae suis locis inseri amplius non poterant, operae praetium duco ex iis selecta quaedam hic subjicere cum adnotationibus, quae ex instituto nostro iisdem illustrandis opportunae videbuntur.



לצדנם
אמכםנ
אבאכת
צר

NVMISMATA REGVM

ARCHELAVS IVDAEAE ETHNARCHA

HPΩ
Δ Galea more judaico cristata, ad cujus latus flos clausus.

ЄΘΝ
ΡΑ (sic) Navis quinque habens remos, praeter gu-
Χ bernaculum. Ær. 3.

T 2

Delineatum vide in Fronte Indicis Regum.

Hactenus editi botrum exhibent loco navis, de quibus egimus in Ser. Regum T. I p. 39. sub nomine Archelai, cui revera tribuendi hujusmodi nummi. Habet iste quoque, ut illi parvum ω, et lit. sinuatam Ϲ, e contra in nummis Herodis M. Regis sunt quadratae formae, ut ibidem animadvertimus. Porro si isti quoque ad Herodem Archelai patrem pertinerent, emissi fuissent antequam ille Rex constitutus esset, ideoque sine dubio inscripti cum lit. Ω, et E quadratis.

Sed potissima ratio, mea quidem sententia, ex eo ducenda, quod singuli honorum tituli, et dignitatum gradus in nummis, caeterisque publicis monumentis, nonnisi qui nominatim cujusque essent proprii inscribebantur. Nam quibus quisque carebat, ii nec perspecti esse, neque fingi, vel somniari poterant. Rex autem Herodes M. Tetrarcha quidem ab Historicis appellatur, sed nec unquam extitit, nec vocatus Ethnarcha. Archelaus vero expresse Herodes a Dione appellatur, quemadmodum etiam binos ejus fratres Philippum, et Antipam, Herodes et ipsos ex patris nomine dictos fuisse constat: insuper Agrippam, qui sic in nummis inscribitur, hunc in Actis Apostolorum Herodem vocari omnium primus optime animadvertit Norisius. Denique neminem latet Archelaum solum esse ex Herodis familia, quem Augustus Judaeae Ethnarcham constituerit in divisione regni paterni.

AGRIPPA II IVDAEAE REX

L Ϲ

... ΙΠΠΑ.. Palma arbore intermedia, dependente hinc inde dactylo.

..... ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ Caput Titi laureat. v. d. Ær. min. Vide illum delineatum initio Indicis Regum.

Tam in serie Regum p. 46, quam in ea Imperial. pag. 147 Agrippae II Judaeae Regis nummos cum notis chronol. qui hactenus perspecti erant, atque ad Vespasianum, ejusque filios Titum, et Domitianum spectabant recensuimus, et illustravimus. Dubia etiam, quae excitaverat Cl. Froelich. de nummis apud Vaillantium cum notis Z, et Θ, quasi minores istae cum imperio Vespasiani conciliari non possent, ideoque uno singulae decennio essent supplendae, discussimus, atque illustravimus; addito etiam altero anecd. ex Mus. n. Domitiani cum nota pariter minori Θ, quin unquam in nummo extiterit alia praecedens nota, aut spatium ejus continendae, quo Vaillantii lectio ab omni suspicione, et querela vindicabatur.

Accedit modo in confirmationem eorum, quae tunc probata fuerant, eximius iste Titi Caes. cum notis Agrippae II Reg. caeteris omnibus editis minoribus L Є, An. V. Ex quo patet primo in nummis non modo Vespasiani, et Domitiani, sed etiam in iis Titi hujusmodi notas minores ab Agrippa Rege II signatas fuisse; secundo mirifice confirmatur ea methodus, quam cit. Ser. Regum p. 46, et seq. proposuimus, et ratio ipsa requirit pro computandis singulis quibusque notis, sive minoribus, sive majoribus ad Agrippam II Regem spectantibus, tam in Vespasiano patre, quam in ejus filiis Tito, et Domitiano, de qua vide cit. loco. Hactenus Titi nummi hujus generis incipiebant a not. chronol. L HI, sive An. XVIII, quem vide suo loco.

ANTIOCHVS VIII SYRIAE REX

Caput Antiochi VIII Syriae Regis vulgo Grypi radiatum, diademat.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΚΑΛΛΙΡ.... Juppiter nudus stans, d. extensa aquilam, s. hastam, in area Σ. Ær. min.

In serie Regum pag. 98, et seq. tres recensuimus huic

similes, in quibus tamen in area nexus ex Σ, et E conspicitur. In isto vero est simplex Σ quae si pro nota chron. accipienda An CC recte Antiocho VIII conveniret. Vide ibidem quae adnotata sunt de altero cum notis CϽ.

NVMMI VRBIVM LIBERARVM

Caput Apollinis laureat. sine epigraphe.

ΑΛΕΞΑΝ Equus pascens: intra ipsius pedes Botrus. Ær.3.

Hoc primum signo ubertatis vini notatur Alex. Troas.

ΑΝΙΝΗ

ΣΙΩΝ Fulmen alatum intermedium.

ΜΟΣ

ΧΟΣ in laurea. Ær. 3.

Confirmat iste integerrimus, qui nunc primum in lucem prodit, lectionem Musellii in altero cum capite Jovis Tab. 3. n. 4. Pop. ac omnia plane solvit dubia, quae olim excitata fuerant de Vrbe Amneso. vel Ctimene, vel demum Aeniano Acarnaniae. In eo Musellii nullum adjectum nomen Magistratus, in hoc nostro est *Moschus*, ex quo patet in nummo Hunteriano Tab. 22. fig. XVI, in quo legitur ΚΤΙΜЄΝΟC ΑΝΙΝΗCΙΟΙC primam vocem non de Vrbe quadam, sed de Magistratu similiter, ut in nostro interpretandam esse, ut egregie jam factum ab Eckhelio, nummumque huic Vrbi restituendum esse. Ita tribus jam praeclaris testibus definita manet Vrbs *Aninesum* ad Geographiam numismaticam augendam. Hactenus Lydiae adscribitur ab laud. Eckhelio ex Hieroclis descriptione. Qua de re tamen certiora optanda monumenta. In meis tribus Apolloniae Illyrici idem legitur Magistratus ΜΟΣΧΟΣ. In argenteo tamen erratum in editione nominis; legitur enim ΜΟΣΚΟC, loco ΜΟΣΧΟC.

Caput Palladis galeatum ad d.

ΑΡΠΑΝΟΥ Scriptum retrograde. Magnus botrus aream occupat. Ær. min.

Singularis iste, qui in tanta copia nummorum hujus Vrbis primus vuae, et vini feracitatem jactet, ut in aliis Cereris abundantiam.

Caput Jovis barbat. laureatum.

ΔΥΡ ΣΩΣΤΡΙΩΝΟΣ Tripus Apollinis. Ær. 3.

In simili Catal. Theup. legitur ΣΩΣΤΡΙΤΩΝΟΣ Abundat secunda lit. Τ.

Caput Palladis galeatum v. d.

Tria hordei grana, quorum spatium intermedium occupant lit. ΜΕ, et apis. Ær. min.

Nummulus iste non immerito adjudicandus videtur Megarae Siciliae, quae antea Hybla dicta, colli ejusdem nominis proxima, qui thymo abundabat, unde ab apibus eo depastis optimum mel conficiebatur, de quo Martialis.

Cum dederis Siculis mediae de collibus Hyblae,
Cecropios dicas tu licet esse favos.

Idem tamen Martialis, dum hic comparat Hyblaeos cum Cecropiis favis, suspicionem ingerit de Megara Atticae, quae juxta aliquos Geographos ipsius partem constituebat. Videant porro Eruditi. De Metaponto non videtur cogitandum, cujus honor non in mellis, sed in Cereris, spicarumque ubertate; hinc in aversa simili caduceum offert loco apis. Vide Magnan. T. III. Tab. 33. fig. XIV.

ΜΑΣ.. Caput juvenile galeatum.

Δ Ρ Caduceo intermedio. Ær. min.

Similem vide apud Hunter Tab. 68. num. II inter incertos, sed in eo desideratur Massiliae Vrbis nomen, cui propterea cum hoc nostro adscribendus. Non injuria ad eandem Vrbem referendi, quos addit ibidem sub n. I, et III anepigraphos, sed cum similibus typis. Vt etiam hic obiter animadvertere duco, quem idem Auctor ibidem sub num. VI describit cum duobus Dioscuris, et in aversa LEX XXXX intermedia spica, ut incertum, ad Vrbem Paestum Lucaniae spectare, de quo vide in meis autonomis.

Caput Herculis ad d.

ΠΑΤΡϹΩΝ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟ ΜΕΝΕΚΛΕΟϹ Pallas galeata stans cum clypeo, et hasta. In area iterum Patrensium monogramma. Ær. 3.

Apud Sestin. idem nomen Magistratus, sed typus Delphini. Patrae Vrbs Achajae.

Caput Apollinis radiatum ad. d.

P O Flos Balaustii in quadrato incuso. Ær. min.

Vide Hunter Tab. XLV. fig. 15.

Inter antiquiores Insulae Rhodi, ut argentei recensendus.

Caput Jovis sine epigraphe.

ΣΚΟΔΡΕΙΝΩΝ duabus lineis scriptum supra navim. Ær. 3.

Scodra hodie Scuttari. Iste inter paucissimos hactenus editos. Omnes habent eundem navis typum.

Caput muliebre turritum anepigraphum.

Literae Phoeniciae quatuor lineis orizontalibus inscriptae, navis gubernaculo intermedio. Ær. 3.

Vide in fronte harum Additionum p. 147.

Eximium hoc Sidonis clarissimae quondam Vrbis Phoenices numisma, cum Hebraica versione eidem subjecta, quamvis jam editum hic omittendum minime duxi, quoniam praestantissimi Viri, a quibus vulgatus, de ejus interpretatione inter se plane dissentiunt. Pellerinius enim, qui antea ab eo interpretando se abstinuerat, Suppl. IV. deinde pag. 106 rem aggressus, hanc eidem explicationem aptari posse censuit = *Sidonii olim projecti per, vel propter execrabilem, vel maledictam Civitatem Tyrum.* = Ab eadem subinde recedens, hanc subdidit, Additions p. 43 = *Sidoniorum antea projectorum in Lupanar Tyrum* = Bayerius vero linguarum peritia clariss. quem ego adolescens colui, et ab eo me ad haec studia excitari sensi. De Alphab. Phoenic. p. 339. eandem epigraphen ita vertit. = *Sidoniorum magna col-*

lectio in aerarium Tyri =. Olaus denique Tychsenus apud laud. Bayer. Vindic. p. 36 hanc versionem proposuerat = *Sidoniorum as stellatus ad qualitatem Tyri* =. Vide Eckhel. T. III D. N. Vet. p. 405, et seq.

In tanta igitur eruditorum hominum discrepantia non ingratum Lectori futurum puto, si alteram hic interpretationem a praecedentibus diversam subjiciam, quam Cl. Akerblad Svecus Orientalium linguarum peritissimus, de quo etiam honorifica mentio a me facta est in alio Tyriorum nummo Regum p. 78, in quo pariter literis Phoeniciis epigraphe, et ex peritorum quidem consensu de *Tyro Sidoniorum matre* explicatur, nuper rogatus mihi communicavit, quamque ad verbum sic se habere existimat = *Sidoniis attenuatis in subversione Tyri* =. Addidit etiam brevem hanc notam: Haec moneta *Sidoniorum* conflata est eo tempore, quo valde *afflicti*, *et attenuati fuerant Sidonii ob subversionem Tyri*. Haec porro interpretatio nihil offert, quod sit inverisimile, quodque abhorreat ab indole, moribusque Nationum, in quibus cultus aliquis vigeat, in exponendis suis casibus publico etiam aliquo monumento. Neminem latet Tyri subversio, quae eidem accidit Alexandri M. tempore, quo maxime floruisse non dubium, alios deinde adversos casus eandem Vrbem subiisse narrant Historiae. Facile quisque intelligit in iis casibus, etiam Sidonios, multa gravia detrimenta, calamitates, vexationes, afflictionesque experiri debuisse, quod non longe abessent a Tyro, praesertim vero ob commercii, Deorumque Penatium communionem. Ab interpretatione Cl. Pellerinii, vel aures ipsae refugiunt ob contumeliae acerbitatem, quae vix, ac ne vix quidem credibile, quod pecuniae publicae consignari potuerit. De reliquis duabus, ut nihil dicam, certe obscurum, et incertum sensum in se continere mihi videntur. Caeterum confiteri cogimur, cum in tam brevi epigraphe exponenda, perspectis etiam duabus vocibus, tantopere dissentiant Viri egregii,

quos laudavi, hactenus parum profecisse nos circa intelligentiam ejus linguae.

Capita jugata Jovis, et Genii Vrbis Sidonis turriti.

LAΛ An. XXXI

ΣΙΔΩΝΟΣ

ΘΕΑΣ

Navis, et infra

לצדנם לארנם Sidoniis.

Similes quoque literae tam Phoeniciae, quam Hebraicae, quae in prima linea nummi superioris, ejusque versionis Hebraicae cernuntur, ostendunt de eadem Sidone in hoc quoque mentionem fieri. Pertinet iste ad Seleuci I. Nicatoris tempora. Similem vide apud Pellerinium Pop. T. II. pag. 221, et Tab. LXXXII fig. 19. Alii apud eundem in lit. Phoeniciis Vrbis differunt.

Caput femineum velatum, et turritum v. d. cum ramo ad hum. s.

Astarte cum ramo in d., et hasta in crucis formam desinente ad hum. s. supra navim stans. In imo ΣΙΔΩΝΟΣ, et lit. Phoenic. vitiatae. In area L ΓΛ. An. XXXIII. Ær. 2.

Annus iste caeteris editis addendus.

(ΑΠ)ΟΛΛΩΝ Caput Solis radiatum ad d. cum pharetra ad humerum sin.

ΚΑΙϹΑΡƐΩΝ ΤΡ ΑΛΛΙΑΝΩΝ Diana Ephesia tutulata, et fulcris innixa. Ær. 3.

Idem iste cum Hunteriano Tab. 60. fig. XXI, nisi quod integre desinit nomen Apollinis in nostro, in illo vero insuper erronea exhibeatur lectio, quod signum detriti nummi. De variis nominibus hujus Vrbis Lydiae vide praecipue Cl. Sestinium Lettere T. IV p. 59, et seq.

Cista mystica Bacchi, e qua erumpit serpens in medio coronae hederaceae, sine epigraphe.

CP....RIMP Supplend. C. PVLCHER etc., ut in aliis
PRO COS jam edit.

TRAA

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ

Bini serpentes circumplicatis caudis erecti pharetram cum arcu, vel quid aliud ignotum, ut in aliis editis complectuntur.

Cistophor. arg. tetradrachm.

Peculiaris iste Mus. Millingen ob titulum *Stephanephori Demetrio* additum. Vide apud Hunter pag. 338, ubi ejus Vrbis magistratus pariter *Demetrius* appellatur, sed in num. aereo cum aquila etc.

Caput femineum turrit. velat. pone flos.

Ұ. Vrbis Tyri monogramma, et binae lit. Phoenic. ΜΗΤΡΟΠΟΛЄѠϹ ΙЄΡΑϹ, et in area Σ An. CC. Palma arbor. Ær. min.

In simili Pellerinii Tab. LXXXIII fig. 51, sine lit. tamen Phoenic. spatio superstite, an. est CCXLIII, cum lit. quadratis, secus ac in isto, licet ille posteriori aetate signatus.

Sphinx alata posteriori parte sedens.

ΧΙѠΝ intermediis binis taedis: supra botrus, infra parva navis; omnia intra coronam. Ær. 2.

Ab editis diversus.

NVMISMATA IMPERATORVM ROMANORVM

Capita jugata Triumvirorum absque epigraphe versus sinistram.

IIIVIRI

RPC In medio areae. Ær. 3.

Vrbis incertae num. sed est indubiae antiquitatis. Alium jam dedimus supra in Imperial. ab Vrbe Epheso editum: spectabat olim ad Museum D. Alexii Recupero, de quo alibi

ob ejus non vulgarem in his studiis peritiam honorifica mentio facta fuit; sed modo in quod aliud Gazophylacium transierit mihi ignotum.

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ (sic) Caput Dianae cum pharetra ad hum. sin.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤ. Figura habitu militari imperatorio basi insistens, d. elata, sin. demissa, ad latus parazonium, ab alia figura togata retro stante coronatur.

Alium fere similem ediderat Pellerinius Mel. II. pag. 1. sed omisso parazonio, et corona, de qua tamen ipse Auctor testatur pag. 2 his verbis: *il y est debout sur un estrade, accompagne d'une figure qui le couronne*. Ex his itaque patet simulacrum, quod praecedit esse Caesaris Augusti, haud equidem seminudum, ut illud describit Eckhel. T. II. D. N. V. p. 67, sed integro habitu militari imperatorio ornatum, addito etiam parazonio ad latus sin., alteram vero figuram, quae ejus capiti coronam imponit esse non posse Divi Julii Dictatoris, sed ea designatum intelligendum esse Genium ejus Vrbis, vel Senatus. Idem porro statuendum jam esse de caeteris omnibus hactenus editis a Vaillantio, praesertim in libro de Colon. ubi *mulierem seminudam cum pallio d. coronam supra caput prioris imponere* affirmat p. 109, et alibi. Laud. quidem Pellerinius Pop. I. p. XXVIII alium exhibet nummum inscriptum AVG DIVI F ante figuram; quae praecedit; retro vero alteram pariter stantem DIVO IVLIO, sed cum in eo nullum coronae vestigium appareat, nec de ea Pellerin. mentionem ibidem faciat, erit iste peculiari aliqua ratione editus in utriusque honorem, quin traduci queat in exemplum de caeteris omnibus, in quibus figura togata retro coronam alteri imponit, ut idem Cl. Vir pag. XV consentit, et nobis de iis tantum sermonem facere propositum est. Merito videndus Cl. Sestinius, qui omnium postremus Descript. N. V. pag. 91. n. 54 similem ex hujusmodi nummis ita describit.

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ Caput Dianae, retro pharetra.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ Figura paludata basi insistens, d. elata, s. parazonium, coronatur ab alia figura retro staute. Ær. 2., qui hactenus de corona allata mirifice confirmat.

CAESAR Caput Caesaris Aug. radiatum v. d.: ante pectus lituus.

Sex literae formae peregrinae. Caput Jovis laureatum ad. d. Ær. 1.

Vide Pellerin. Pop. T. III. p. 149. Tab. CXX. n. 10.

In eo Pellerinii caput Augusti nudum exhibetur. Literae in aversa ad earum similitudinem accedunt, quae in num. argenteo Jubae primi conspiciuntur. Mitto alterum similem, sed cum capite Serapidis, de quo vide eundem Pellerinium.

ΟΚΤΑΟΥ... Caput Octaviae sine Augustae titulo comptis capillis, et mitella ornatum in vertice, ut in Livia Aug. uxore, aliisque eorum temporum feminis.

ΤΗΙΩΝ Bacchus stans cum scypho in d., et thyrso in s. Ær. 3.

Alterum jam hujus lectissimae feminae sororis Augusti descriptum, et fuse illustratum dedimus Imperial. Parte I. p. 34, et seq. sed cum ille Museo Vaticano a me consecratus fuisset, peropportune accidit, ut iste non ita pridem Museo n. accederet ad implendam prioris lacunam. Quo ad utramque partem inter se ambo consentiunt, nisi quod capitis epigraphe in isto ante faciem incipiat a d. in s, in illo ex opposito a sinistra in dextr. Dolendum vero, quod iste a primi illius integritate multum recedat; ut ex comparatione cum exemplo ex sulphure confecto, quod retinui, fit manifestum. Ad ea quae cit. sup. loco uberius allata sunt, nihil hic addere necesse est; unum rogabo eruditum Lectorem, ut Octaviae sororis Augusti imaginem mitella ornatam, comptisque capillis, ut in Livia, eorumque temporum

in morem loco superius cit Tab. XIII n. 14. conferat cum ea Octaviae Neronis, quam delineatam dedit Vaill. de Num. Graec. pag. 18, itemque cum ea, quam Oper. n. Tab. XVI n. 60 inveniet, ut vel ex hoc uno argumento sibi de utriusque discrimine constare queat.

IOV ΛΙΑ *Julia*

L ΙΔ An. XIV Palmae ramus intermedius.

TIB

K.. in corona laurea. Ær. min.

Nummulus iste Judaicus lectionem confirmat alterius, quem dedimus ex aliorum fide suo superius loco Parte I. Imperial. p. 60. Annum vero notat Tiberii imperantis ab obitu Augusti, qui respondet A. V. C. DCCXXC, ex methodo judaica a mense Nisan incipiente, in ann. insequentem usque in mensem martium deficientem. Julia Tiberii mater adhuc biennium in vivis manserat, supremumque diem clauserat A. V. C. Varr. DCCLXXXII duobus Geminis Coss., ut ex altero simili nummo cum notis L Iς An. XVI, quem ibidem attulimus, et illustravimus.

Caput Tiberii laureatum v. d. nulla tamen addita ejus capiti epigraphe.

A...

N ΓΥ

OA Є..

C .. Caeteris vitiatis.

Diana Ephesia intermedia cum attributis, quae fulcris sustinetur. Ær. 3.

Carebat hactenus Tiberius moneta Ephesiorum, quamvis illos suum erga Augustum, et Liviam obsequium similibus nummis, nec minima copia declarasse jam constaret. Itaque iste non omittendus, licet ex vitiatis minutiss. literis integra inscriptionis lectio erui nequeat. Figura Dianae eadem, ac in nummo Triumvirorum, quem vide p. 1. Tab. XIII. fig. 5.

Quo ad caput laureatum, idem etiam cernitur in meo Vrbis Mytilenes, in quo legitur ΤΙ ΘΕΟϹ, ΙΟΥ ϾΕΑ, et in utraque area iterata vox ΜΥΤΙ. Apud Morell. tamen, et Sestin. in simili caput Tiberii nudum exhibetur.

ΚΛΑΥΔΙΟϹ ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟϹ ΚΑΙϹΑΡ Caput nudum adolescentis Britannici cum praetexta ad pectus, d. respiciens.

ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ Figura nuda stans, d. capreolum, vel aliud simile animal, s. arcum gerit, ante pedes aries, et ad hum. d. pharetra dependet, quae fascia ante pectus oblique excurrente sustinetur. In imo areae ramus jacens. Ær. I.

A Tristano primum editus similis nummus, dein a Vaillantio, et Harduino, sed dissentiunt singuli in describendis aversae symbolis; iste vero ab iis omnibus plane differt. Quoniam eadem semper figura nuda, videntur Alabandenses suum Alabandum, *quem*, ut ait Cicero de Nat. Deor. Lib. III, *sanctius colebant, quam quemquam nobilium Deorum*, diversa ejus imagini symbola addidisse, quae tam ipsi Heroi, quam Vrbi ab ipso conditae convenirent. In isto nec vas, neque carbunculus, aut lapis Alabandicus in d., neque laeva bacillum, et ante pedes cervus, vel equus, ut in supra memoratis, sed Venatoris arma, ejusque venatus, quae cum nova sint symbola nummum hic describendum censui.

Γ C ΚΑΙϹΑΡΟϹ Palmae ramus.

ЄΖ Ann. VII in laurea.

Delineatum vide in fronte Indicis I.

Noti sunt plures jam editi cum inscriptione ΝΕΡΩΝΟϹ intra lauream, qui in altera parte cum palmae ramo sic legi solent ΚΑΙϹΑΡΟϹ L Є. Vide Echkel. T. III N. V. p. 498, quatuor insuper a me jam editos supra p. 105. Novus iste, qui modo inventus, docet in adversa retrograde legendum esse *Caesaris Germ. Aug.* ob notas ЄΖ, quae sane ad ann. VII exprimendum insculptae fuerunt. Est autem caeteris

jam vulgatis plane similis dempto nomine Neronis, quod omissum, et notis suprascriptis. Hinc jure inferendum esse arbitror literas, quae in editis praecedunt nomen ΚΑΙϹΑΡΟϹ non de anno V. L Є interpretandas esse, ut communis fert opinio, sed ut in hoc nostro de *Caesare Germ. Aug*. Et revera ut in meis duobus praesertim pag. cit. 105 clare ϹЄ puncto finali in medio, non lineola distinguitur. Quod equidem suspicabar aliam interpretationem exquirere, sed sine exemplo a communi opinione recedendum non putaveram.

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ Caput Agrippinae Neronis Aug matris.

ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ *Chalcedon* Bithyniae Caput Dianae capillis contortis, et in summo vertice filo religatis. Ad latus additur pharetra. Ær. 2.

Chalcedon ad Bosphorum Thracium in primis nobilis. Ejus nummi Imperatorii hactenus a Trajano initium habebant, et Apollinis cultum eloquuntur. Spectabilis iste, qui cum Agrippinae imagine, alteram Dianae ornatissimo cultu fulgentem conjungit assentationis causa.

ΑΥΤ ΤΙΤ ΦΛΑΟΥΙ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝ Κ... In arca L A. An. I Caput Titi laureat.

ЄΙΡΗΝΗ Pax stolata stans, d. spicas, s. caduceum gerit. Arg. m.

Annus I, L A in hoc praeclaro nummo signatus duci nequit ab ineunte imperio Vespasiani patris, cum eo tempore Titus nondum Imperatoris titulum consecutus esset, neque pax, de qua mentio in aversa, constituta, nondum a Tito parta victoria de Judaeis, atque expugnata Hierosolyma, quod contigit anno altero imperii Vespasiani, die II. Septembris A. V. C. DCCCXXIII, Vespasianus autem imperium inierat ex a. d. Kal. Jul. praecedentis A. V. C. DCCCXXII. Sed neque idem annus primus, quem signatum offert idem hic nummus L A, duci potest ab inito imperio ipsius Titi, cum patri e vivis abeunte successit ex a. d. IX Kal.

Jul. A. V. C. DCCCXXXII. Nummi namque, qui certi sunt Titi jam imperantis adjunctum referunt titulum CEB, eosque omittunt ΦΛΑΟVΙ, et ΚΑΙΣ. Denique hujus generis nummi, de quibus sermo est, ut deinceps constabit, praeter notam LA, plures alias majores continent, quae quadriennium imperii ipsius Titi ex methodo Ægyptiaca computandum longe superant. Sequitur igitur ex his huic notae LA, caeterisque majoribus similium numismatum aliud exordium, et cardinem assignandum esse, qui sit a duobus expositis diversus. Cum autem admitti debeat non sine justa aliqua causa Alexandrinos novam hanc epocham, et annorum computandi rationem in nummis Titi instituendam decrevisse, nulla sane aptior inveniri potest, quam quae ducatur a titulo Imperatoris, qui eidem accessit deferente Vespasiano patre postquam devictis Judaeis, et capta Hierosolyma Romam reversus de tanta victoria, quae stabilem universo imperio, et Orbi pacem attulerat, splendidissimum cum patre triumphum egit. Quo peracto Titus ab eodem patre consors tribunic. potestatis, et Imperator appellatus fuit. Hinc ergo ducendum exordium notae I. LA, caeterarumque majorum in nummis similibus, qui inscribuntur, AVT, AVTOKPAT etc., idest *Imperatoris* titulo decoratur Titus adhuc Caesar, nulla facta CEB, sive *Augusti* mentione, ut supra in nostro, caeterisque ejusdem generis.

Quando autem Imperatoris titulus ex auctoritate Vespasiani patris, et Senatus primum Tito accessisse dicendus sit, explorata res est id evenisse sub consulatu III Vespasiani, ut fidem faciunt Fasti Sacerdotales apud Gruterum p. CCC, tum nummi quamplures sub eodem consulatu III editi, in quibus Titus primo dicitur IMP. DESIG, mox absolute IMP, quos illustratos vide apud Eckhel. sub eodem Tito T. VI D. N. V. p. 351. Cum autem consulatus III Vespasiani, collega M. Coccejo Nerva, docentibus Fastis, index sit A. V. C. Varr. DCCCXXIV, ab hoc anno ducendum

horum numismatum, de quibus agimus, initium. Quamquam autem admittendum sit Titum devictis Judaeis, captaque Hierosolyma, jam tum Imperatoris titulum meruisse ex die 11 septembris anni praecedentis V. C. DCCCXXIII, ac revera ab exercitu post tam insignem victoriam Imperatorem, ut moris erat, acclamatum fuisse, et Svetonius testatur cap. 5, tamen expectandum fuerat alterum magis authenticum, quod posuimus, quando Titus Romam reversus una cum patre de Judaeis acto triumpho, Tribunic. potestatis consors factus est, aliosque honores obtinuit.

Quibus constitutis certa jam via, et aditus patet ad singulos quosque Titi nummos Alexandrinos rectum in ordinem distribuendos, quorum seriem apud Auctores, et in Catalogo Zoegae mire perturbatam videmus. In tres autem veluti classes disntingui commode possunt. In prima classe ponendi sunt ii nummi, qui Caesaris unice titulum offerunt; eosque notas continere statuendum est, quarum computatio ab initio imperii Vespasiani patris instituenda. Hos autem non ultra triennium, vel quadriennium progredi posse ex dictis patet. Vnum ex hoc numero refert Eckhel. ex Mus. Stosch. D. N. V. Tom. IV. p. 58, qui sic inscribitur ΤΙ ΦΛΑΒΙ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣ. L B. Alios fortasse non absimiles haberemus, si ab Auctoribus, et in Catalogo *Zoegae* capitis epigraphe plerumque omissa non fuisset.

Ad secundam classem spectant, qui jam referunt Imperatoris titulum sine mentione tituli CEB, sive *Augusti*, notasque continent ab anno I. L A in insequentes annos. Hi autem progredi possunt ad ann. usque H, VIII, ut reipsa ad eundem annum perveniunt in Catalogo Zoegae, nam ab A. V. C. DCCCXXIV, quo cardinem horum numismatum constituimus, VIII annum initium habuisse patet, revertente Neomenia Thoth A. V. DCCCXXXI, superstite adhuc Vespasiano patre, usque in a. d. IX Kal. Jul. insequentis anni V. C. DCCCXXXII, qui fuit Vespasiano supremus. Mitto alterum,

quem immediate subdit laud. Zoega n. 26 cum titulo ΣΕΒΑ, et L ENAT, quem merito respuit cit. Eckhel. T. IV D. N. V. pag. 19. subjungens, nec in Morellio inveniri, et in Mus. Caes. extare nummum similem, qui tamen in adversa non Titi, sed Vespasiani epigraphen, et imaginem refert. Caeterum addam nec repugnare ann. IX L Θ in serie horum numismatum; in hac enim hypothesi statuendum esset ab Alexandrinis rationem habitam fuisse tituli *Imperatoris*, sive ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ absente tamen titulo CЄΒ, initio facto in nummis Titi, ex quo primum, ut diximus, capta Hierosolyma a militibus Imperator acclamatus fuit die 11 Septembris anni DCCCXXIII. Et revera in nummis etiam Romae signatis, neque paucis, si fides Auctoribus habenda, inscribitur Titus *Caes. Imp. Vesp.* nulla facta simul mentione PONT., et TRIB. POT. ex quo necessario sequitur etiam Romae habitam fuisse rationem tituli Imperatoris in Tito, antequam consors fieret tribunic. potestatis, quod anno V. C. DCCCXXIV evenisse certum est ex dictis, atque ex calculis ipsius Eckhelii, ubi agit de Tribun. potestate, Kal. Jul. ejusdem anni.

In tertia demum classe ponendi nummi, qui non solum Imperatoris titulum referunt, sed alterum etiam CЄΒ *Augusti*, iique tempus imperii Titi complecti dicendi sunt ex a. d. IX Kal. Jul. A. V. C. DCCCXXXII, in Idus usque septembris A. V. C. DCCCXXXIV, quo die optimus Princeps, et diuturniori imperio dignus e vivis ereptus fuit. Hujusmodi nummi quadriennii notas referre possent, ut computationem instituenti ex methodo Ægyptiaca constare potest. Quos tamen nummos hactenus habemus ii non progrediuntur ultra annum III. L Γ.

Non omittendum tamen in Catalogo Zoegae sub Vespasiano p. 47. numeris 51, 52, et 61. nummos recenseri sic inscriptos:

ΑΥΤΟΚΡ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ L Η, L ΕΝΑΤ, L Ι cum aversa in singulis.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΙΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ cum ejusdem capite, et imagine laureata.

Sed notae singulae in his capiti ipsius Vespasiani adjectae ostendunt se annos non Titi, sed ipsius Vespasiani designare; quae recte procedere possunt usque ad ann. XI L ΙΑ Ægyptiacum, quot revera complectitur ejus imperium.

De hoc argumento praeclare egit etiam Eckhel. saepe laud. Tom. IV D. N. V. pag. 58, sed nos ex instituto nostro, alio ordine, et methodo, rem enucleandam suscepimus, ac seriem omnium Titi numismatum bono in lumine collocare studuimus. De titulo ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ in his nummis initio inscriptionis praemisso necesse non est plura verba facere. Notissimum enim est, pluribusque aliis exemplis comprobatur, Graecas Vrbes nullius pensi habuisse, si minus castigate titulos in inscriptionibus non suo ordine apponerent. De varia demum methodo, qua Alexandrini usi sunt in nummis Caesarum pro notandis annis imperii patris, a quo geniti, vel adoptati, iisque etiam continuandis post ejusdem obitum, et subsequens filiorum imperium, vide praecipue in M. Aurelio, ejusque filio M. Aur. Commodo.

DOMITIANVS . CAESAR . AVG . F . COS . ITER . Caput Domitiani Caes. laureat.

C . I . F . AN

CXIIX Mulier stolata, d. cubito columellae insisistit, s. demissa cornucopiae sustinet. Ær. 3.

Vide illum delineatum Parte I. Imperial. initio Indicis Rerum praecipuarum.

Aptissimus hic num. anecd. ob consulatum II Domitiani Caesaris ad ea confirmanda, quae aliis jam monumentis probantur de cardine hujus epochae constituendo in ann. Juliano primo V. C. Varr. DCCIX. Sed consule lib. de Epochis.

ΔΟΜΙΤΙΑ CЄBACTH Caput Domitiae cum stola ad pectus.

ΤΑΒΗΝΩΝ Cervus erecta fronte. Ær. 3.

Tabeni in Pisidarum finibus a Livio ponuntur. A Geographis vero Cariae, vel Lydiae assignantur.

IMP CAES HADRIANVS.... Caput Hadriani laureatum cum paludamento ad pectus.

LEG H GEM *Legio Heliopolitana Gemina*. Binae Fortunae stolatae stantes sese mutuo amplexantur, et in oppositam partem respiciunt. Vnaquaeque navis gubernaculum sustinet, et ea quidem, quae ad sin. corona ornatur, super alterius caput lunam bicornem videre videor. Ær. 3.

Praeclarus iste num. anecd. lectionem confirmat, quam de suis parum dissimilibus dedere Vaillantius, et Pellerinius, in quibus inscriptum COL H LEG H, vel COL I HEL LEG H, postremae enim hae voces LEG H de Legione Heliopolitana explicandae sibi videbantur, ut profecto huic nostro non alia interpretatio aptari potest, ut per se patet. Hinc Cl. Eckhelio non assentiendum, qui D.N.V. T. III p. 336 de Legione Hadriana subintelligenda argumenta proponit. Quae sane opinio vel ex eo respuenda videbatur, quod Hadrianus nec Heliopolim Coelesyriae Coloniam fecerit, sed Jul. Caesar, ut etiam patet ex allato Pelleriniano nummo, in quo COL I HEL, nec binas Veteranorum legiones jam a tempore ipsius Jul. Caesaris, vel certe Augusti mixtas primus ipse in Heliopolim induxerit.

Quae fuerint Veteranorum Legiones, ex quibus Heliopolis aucta fuerit, docet eximius Philippi sen. num. apud laud. Vaillantium de Col. pag. 165, in quo legitur COL HEL LEG VIII AVG V MACEDON cum Legionum vexillis etc. Notissima sunt quae de Legionibus Geminis, vel Gemellis ex nummis, aliisque monumentis constant: ex quibus etiam Coloniae Geminae, vel Gemellae nomen sibi tribuebant.

De iis inter alios egregie disserit laud. Eckhel. T. III D. N. V. p. 472.

ANTI ..... HPΩC Caput Antinoi nudum.

H MHTP ... NIKOM..... Caput turritum Genii Vrbis Nicomediae Bithyniae metropolis. Ær. 3.

AVTOK .. ANTΩNЄINOC Caput M. Aurelii laureatum.

IЄPOΠOΛЄITΩN Dimidius fluvius erectus media in area, brachiis extensis. Ær. 2.

Quamvis in isto nulla mentio Pyrami fluvii, ut in autonomis Hieropolis Ciliciae, ad eandem tamen pertinere suadet figura fluvii ejus formae, quae conspicitur in iis apud Haym., et Theupol. tum in meo Faustinae Mopsi Parte II. Imperial. Tab. XXII, n. 180, et in Vrbe Mallo Augusti Parte I. Tab. XIII. n. 11, qui duo nummi ad Ciliciam spectant, et Pyramo fluvio pariter alluebantur. Nulla de hac Vrbe mentio apud Geographos, sed supplent nummi eorum silentium. Vnicus hactenus iste ex Imperialibus.

AV KAI ΛOVKIOC AVP OVHPOC Caput laureatum L. Veri v. d.

ЄΦЄCIΩN KAI CAPΔIANΩN In imo OMONOIA. Diana Ephesia tutulata cum cervis, et ex adverso Proserpina Sardianorum, veste ornatissima ad talos usque contecta stantes. Ær. m.

Vt in simili M. Aurelii apud Vaill., ita in isto anecd. L. Veri Sardes, et Ephesus duo ex nobilioribus Graeciae Vrbibus inter se initam societatem ostentant, adjectis in nummo Dearum simulacris, quae erant praecipua suarum Vrbium Numina. De ornatu peculiari Proserpinae vide supra in Salonina Tab. XXXV. fig. 296.

.. A AVP KOMMOΔOC Caput Commodi laureatum barbat.

CAMIΩN Mulier stolata utraque manu pelvim sustinet pro sacris, ut videtur, Deae Junonis ministeriis. Ær. 3.

In aliis imperial. clarius expressum cernitur idem vas, sive pelvis. Vide in Gallieno Parte II Imper. p. 126, et alibi.

AV· K· A· CЄΠ CЄVHPOC Π· Caput L. Sept. Severi laureat.

ΠЄPINΘIΩN Mercurius nudus scopulo insidens, d. caduceum gerit, sin. scopulo innititur. Ær. 2.

In tanto numero hujus Vrbis Perinthi Thraciae, qui Severo dicati, reliquis editis iste addendus.

IOVAIA ΔOMNA CЄB Caput Juliae Domnae cum stola ad pectus.

ЄΦЄCIΩN TPIC NЄΩKOPΩN Diana telum e pharetra depromens, d. praetendit, ad pedes canis venaticus. Ær. 1.

De inconstantia, et varietate in numeris Neocoratus hujus Vrbis sub Sept. Severo, Julia Domna, et subsequentibus Imperat. Vide Eckhel. T. II. Doctr. N. V. pag. 520.

IOVAIA CЄBACTH Caput Jul. Domnae Aug.

TPIΠOAITΩN In area ZKΦ An. DXXVII Templum tetrastylum cum gradibus, in quo tres figurae stantes. Ær. 1.

Vide in Libro de Epochis p. 361.

AVT.. KAI... AVP CЄVH ANTΩNЄIN.... Caput Caracallae juvenile radiatum.

KOINON ΘPAKΩN AΛEZAN EN In imo ΦIAIΠΠO Mensa, suprà quam urna, et inter crura vas, et quatuor globuli. Ær. m.

Ob titulum Severi Caracallae additum inter paucos recensendus. Hujus Vrbis Philippopolis Thraciae sic inscriptos describit Vaillantius sub eodem Caracalla, sed omissa de more capitis epigraphe. De ludis, qui *Alexandreja*, *Pythia* vocabantur, et ibidem peracta fuere sub uno Caracalla, vide ipsum Vaill., et Eckhel. T. II. D. N. V. p. 43.

AV K M AVP ANTΩNIN C Caput juvenile laureat. Caracallae.

MHTP KAIC ЄT ς An. VI Tres spicae erectae. Ær. 2.

Annus iste Catalogo Eckhelii addendus.

Π CЄΠΤΙ ΓЄΤΑC ΚΑ Caput Publ. Sept. Getae sine laurea.
ΗΡΑΚΛЄΩΤΩΝ Leo gradiens sessorem gestans Cupidinem alatum, a quo arrepta coma regitur. Ær. 3.

Ob multiplices hujus nominis Vrbes incertum cui Provinciae adscribendus sit nummulus iste. Qui inscribuntur cum Ω in fine, Cariae, vel Joniae tribui solent, et nummi fabrica alterutri convenire potest.

IMP CAES SEV ALEXAND... Caput Alexandri Sev. laureatum.
COLON BOSTRA Caput Serapidis cum modio in vertice. Ær. min.

Typus iste in Alexandro Sev. desideratur, editus tamen in Mamaea. Vide Vaill.

AVT KAI M ANT ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ Caput Gordiani Pii laureat.
ΚΥΑΝЄΙΤѠΝ Eques galeatus citato cursu decurrens. Ær. 2.

Ex Mus. Millingen.

Alterum ipsius Gordiani Lyciae nummum anecd. Vrbis ΑΠЄΡΑЄΙΤѠΝ, quo similis Arigonii a Numismaticis omissus confirmatur, jam dedimus supra Parte II Imperial. pag. 75. Iste novus plane modo accedit ejusdem Provinciae ad Geographiae Numismaticae incrementum. *Cyane* teste Plinio erat Oppidum Lyciae in Asia minori. Cujus descriptio mirifice cum hoc nummo consentit. Nam ut ab ΑΠЄΡΑΙ in cit. superiori nummo habemus ΑΠЄΡΑЄΙΤѠΝ. Item, ut ibidem additum est, a *Phaselide* ΦΑCΗΛЄΙΤѠΝ, a *Phello* ΦЄΛΛЄΙΤѠΝ, qui sunt ejusdem Lyciae nummi, atque insuper singuli ipsius Gordiani; ita profecto a *Cyane* recte, Lyciorumque more factum ΚΥΑΝЄΙΤѠΝ. Ex quo iterum hic patet, quanto Lycii optimum hunc Principem in honore haberent, eique ornando curae sibi esset, ut supra pariter cit. loco dictum est.

CAB. ΤΡΑΝΚ...... Caput Sabinae Tranquillinae cum stola ad pectus, et mitella in vertice ornatum.

K..... PACCEΩN Supple KOΛYBPACCEΩN *Colybrassus* Ciliciae. Fortuna tutulata, et stolata stans, d. navis gubernaculum, s. cornucopiae. Ær. 3.

Hactenus hujus Vrbis tres unice editi erant nummi, et quidem Imperatorii tantum, videlicet Treboniani Galli, Valeriani, Salonini. Auget iste seriem, deinceps a Tranquillina inchoandam.

M. ΩTAKEIΛIA ΣEBHPA ΣEB Caput Otaciliae Severae cum stola ad pectus v. d.

EΠI CTP AVP ΣECTOY Γ MHTPOΠOΛEITΩN Figura paludata, s. baculum superne ornatum gerens, et altera figura muliebris, sin. pariter baculum transversum in suprema parte ornatum sustinens, capite tutulato, mutuo dextras jungunt. Ær. 1.

Similis fere iste alteri, quem Vaillantius delineatum exhibet in fronte Numismat. ejusdem Otaciliae in Opere de Num. Graec. Verum in eo Praetor est *Aur. Theon* cum in nostro nominetur *Sextus*. Idem esse videtur, qui in altero Alexandri Severi ejusdem Vrbis nummo Metropoleos Phrygiae inscribitur apud laud. Vaill. EΠI. CTP. AVP CEΞTOY B MHTPO-ΠOΛEITΩN. Ab Otacilia Philippi ad Alexandrum Sev. minor distantia esse potest XII annorum, major vero si ab utriusque extremis imperii, initio nempe Alexandri, et fine subsequentis Philippi computatio fiat. Sed intermedium tempus nihil offert, quod excludere valeat iteratam secundo, et III eandem Praeturam. Scribitur EΠI cum I supra, item CTP cum lineola. In Alexandri Severi nummis signari primum coepit nomen Praetoris, quod indicio est nummum hunc revera ad Metropolim Phrygiae, non ad eam Joniae spectare, quae inscribi solet TΩN EN IONIA.

KOP CAΛΩNEINA CE Caput Saloninae cum stola ad pectus.

CΠ KΛ Φ EV........ In imo CAITTHN
ΩN
Y

Figura habitu brevi, s. ad faciem admovet, d. demissa in templo tetrastylo. Ær. 2.

Similem exhibet Arigonius Serie II. Imper. sed nondum ex utroque erui potest integrum nomen magistratus. Saetteni Lydiae ad Hermum fluvium.

Α Κ Γ + ΙΟVΝ ΚΟΥΗΤΟϹ Є ϹЄΒ (sic) Caput Quieti laureatum cum paludamento ad pectus v. d.

ΙΑ Aquila ramo insistens rostro corollam gerit. Ær. 3. Vide illum in fronte Indicis Libri de Epochis.

Vt ea ferebant tempora, minus castigate insculptae literae in epigraphe capitis. Lit. tertia, et tertiadecima ex aequo formam habent Γ, vix apparente in hasta superiori transversa signo aliquo lineolae in oppositam partem productae. Itaque ex sensu magis, qui iis literis convenire potest interpretari debent, quam ex forma ejus elementi, quod offerunt. Sensus in XIII postulat, ut accipiatur pro Τ, cum nomini *Quieti* exprimendo inserviat; de altera cum in incerto versemur, quam significationem habere possit, utrum nempe Γ, vel Τ, illius sensus aliunde petendus. Si nummos latini commatis inspiciamus, constanter habent illi IMP C FVL, graeci addunt alterum ΙΟVΝ, ut supra, nunquam in latinis praenomen *Titi*. Istud quidem Macriano fratri tribuitur nominatim in nummo Nicaeensium. Pellerinius hunc referens addit similem se habere etiam Quieti Mel. II pag. 231, sed ejus capitis epigraphen omittit, ut non injuria suspicari possit mancam, et imperfectam fuisse. In simili pariter Arigonii Ser. I. Graec. Tab. XV, primae tres literae desiderantur. Nullo ergo certo hactenus monumento constat de praenomine Titi, quod commune habuerit Quietus cum Macriano fratre; itaque incertum illud elementum, mea quidem sententia, explicandum potius de praenomine Caji, quam de eo Titi. Quod autem Numismatici in similibus nummis eam literam modo de Cajo, modo verò de Tito interpretati fuerint, factum fuisse putandum est ob formam, ut

diximus, quam offert producta parumper lineola ex opposita parte. Legunt etiam aliqui in hujusmodi nummis Quieti IOVA, loco IOVN; sed repugnat Bandurius, qui censet in singulis legendum IOVN, quam lectionem pro certiori habenda affirmat quoque Eckhelius. Certe in nostro clarissime legitur IOVN, ubi in simili plane alii legunt, ut dictum est, IOVA. Nullus extat Quieti nummus in Mus. Borgiano, nec alius hic Romae, quem consulere potuerim. Iconismum adjicere e re duxi ad fidem faciendam de iis, quae dicta sunt. Vide illum in fronte Indicis lib IV. de Epochis.

ZЄVC BΩΘHOC Caput Jovis barba promissa.

IЄPAΠOΛЄITΩN Amazon cum pelta ad hum. s. inequitans, d. equum regit. Ær. 3.

Terrae Bottiaeidis arctum ad mare locum obtinent Vrbes Ichnae, et Pella, scribit Herodotus Lib. 7. Hinc Alexander M. Pellae natus a loco patrio Jovi Bottiaeo aram prope Orontem sacrasse fertur. Ex ejus autem Oraculo Seleucum Nicatorem Antiochiam ad Orontem condidisse narrant Libanius, et Malela illius Metropolis cives; unde cultus Jovis Bottiaei apud illam Vrbem originem duxit. Plura vide apud Norisium De Epoch. Syrom. sub Antiochia Dissert. 3. Vox BOTTAIOC, sicut apud Auctores mire depravata invenitur; ita apud varias Vrbes, forte ex propria dialecto diversimode scripta non immerito dicenda est. In nummo Vrbis Dionysopolis legitur ΣЄYΣ ΠOTHOC, in isto Hierapolis ejusdem Phrygiae BΩΘHOC, ut supra.

Incerta.

ΦAV.... NЄA CЄBAC Caput Faustinae jun.

.... ΠI KYЄINTO... Mulier stolata cum flore trifido in d., et hasta in sin. Ær. 3.

IOVAIA CЄBACTH Caput Jul. Domnae, v. d.

... OAMV.. ΩNΩN Mulier habitu brevi, d. extensa, s. hastam. Ær. 3.

MONVMENTA VARII GENERIS

Adjiciuntur modo quaedam alterius generis monumenta, quae Tab. postrema XL continentur, quaeque omittenda minime duxi in Eruditorum gratiam.

Atque ut ab Hermae fragmento incipiam, quod Tybure inventum in Biblioteca Monasterii mei D. Gregorii ad Clivum Scauri collocaveram, pertinet istud ad insignem Poetam Stesichorum patria Himeraeum, de quo nullum, neque in similibus Hermis Vaticanis, neque apud Fulvium Vrsinum, aliosque vestigium reperio. In diffracto marmore haec supersunt verba.

.. ΤΗΣΙΧΟΡ..

.. ΚΛΕΙΔΟ..

.. ΜΕΡΑΙΟ. Vide Tab. XL. fig. 5.

Patet autem mutilam hanc epigraphen ita esse supplendam.

ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΣ
ΕΥΚΛΕΙΔΟΥΣ
ΙΜΕΡΑΙΟΣ
STESICHORVS
EVCLIDIS
HIMERAEVS

Inter marmora Oxoniensia pag. 157, ubi vetusta rerum Graecarum, ac illustrium Virorum Chronica afferuntur, duo in iis Stesichori Poetae recensentur: De primo antiquiori haec habentur L. 65 *Euripides Poeta nascitur. Stesichorus Poeta in Graeciam venit Archonte Athenis Philocrate*. Alter vero recentior sic L. 85 describitur: *Stesichorus secundus Himeraeus vicit Athenis ... Archonte Athenis*. Dyscineto, ut supplet Seldenus, sed apud Petavium Dysniceto. Hinc patet hunc ipsum esse, quem memorat Lapidis nostri fragmentum, quemadmodum etiam constat hunc fuisse ab alio diversum, quod ibi *secundus* nominetur, tum etiam

quod inter Philocratem Archontem, et Dysnicetum centum, et amplius anni intercedant. Antiquior ille erit fortasse, qui apud Graevium Tom. II pag. 38 exhibetur facie juvenili, diciturque Hesiodi filius, quemadmodum revera apud Philochorum, Aristotelem, Svidam, aliosque Stesichorus unus poeta *Hesiodi* filius nominatur. Tertium quendam Stesichorum memorat Stephanus de Vrb., sub Matavro, quem *Euphemi* filium *Melicum Poetam appellat*. Sed de hoc nihil attinet dicere, cum ad nostrum spectare nequeat, sive patris nomen diversum, sive patriam apud Geographos incertam, ac profecto aliam ab Himera respicias. Noster itaque Lapis licet disjectus in pretio habendus, neque modo quod cum eo consentiat Chronicon Oxoniense, sed praecipue quod ex eo nunc primum discamus Stesichorum patria Himeraeum *Euclidis* filium extitisse, ex quo omnis ejus cum caeteris confundendi occasio adempta est. De isto praeclarum extat monumentum in eximio numismate Thermitarum Himerensium apud Cl. Turremutium de Numm. Siciliae Tab. XC n. 13, in quo exhibetur aversa parte senex incurvus, pallio tectus, et baculo innixus, librum sin. retinens, adjecta epigraphe ΘΕΡΜΙΤΩΝ ΙΜΕΡΑΙΩΝ. *Thermitarum Himerensium*. Singula autem, quae in hoc nummo continentur mirifice explicat, et illustrat Cicero in Verrem Act. II. cap. XXXV, ut jam idem Cl. Turremut. adnotaverat. Ibidem enim nonnulla signa commemorans Thermitanis a Scipione reddita post eversam Carthaginem: *erat*, inquit, *etiam Stesichori Poetae statua senilis incurva cum libro, summo, ut putant, artificio facta, qui fuit Himerae, sed et est, et fuit in Graecia summo propter ingenium honore, et nomine*. Addit vero Tullius ibidem, Himera a Carthaginensibus deleta, quos cives belli calamitas reliquos fecerat, eos sese Thermis collocasse in ejusdem agri finibus, neque longe ab Oppido antiquo. Hinc factum, ut propter communes utriusque Oppidi Penates deinceps *Thermitae Himerenses* ap-

pellarentur. In Lapidis nostri frusto superest adhuc barba satis conspicua, quae pectori inhaerens una cum capite avelli non potuit, quod senis incurvi non obscurum indicium praebet.

Caeterum, ut narrant Historiae, hujus Poetae nomen proprium fuit Tisias, illud vero, addunt, Stesichori eidem inditum fuisse, eo quod primus cum citharae cantu chorum instituerit: ὅτι πρῶτος κιθαρῳδίᾳ χορὸν ἔστησεν. Sic apud Svidam. De ejus vero laudibus praeter jam memoratum Ciceronem, videndus inter alios Quinctil. lib. X. cap. I. ubi testatur quam fuerit poeta hic noster ingenio validus, quamque praeclare epici carminis onera lyra sustinuerit, quem etiam, si tenuisset modum, nec nimium redundaret copiae vitio, proximum Homero faceret. Vide etiam ejus elogium, atque historiam apud Joan. Tzetz. Chil. I. Hist. pag. 25. v. 641, ubi quidam ejus recitantur versus de Pallade Attica. Alia etiam ipsius fragmenta poetica videnda sunt Tom. II. Poet. Graec. Hoc etiam ejus laudi tribuendum, quod cum esset infans, in ejus ore lusciniam cecinisse feratur, praeclaro auspicio, quod summus, miraeque suavitatis poeta esset futurus. Non immerito itaque caeteris illustrium Virorum Hermis hactenus editis, hoc nostrum Stesichori fragmentum adjiciendum censui. In memorato Lapide Oxoniensi legitur vicisse Athenis Stesichorum nostrum Archonte Dysniceto, qui eo supremo magistratu functus a Chronologis statuitur anno III Olymp. CII. Floruit ergo insignis hic poeta circa A. V. C. CCCXXCIV. ante Chr. CCCLXX.

Sequantur modo tres nummi latini commatis, sed qui sunt extra ordinem eorum, de quibus hactenus egimus.

Primus Faustinae jun. cujus adversa sic habet ... NA AVG ANTONINI AVG PII F Caput ejusdem consuetum in morem comptis capillis. Posterior vero in medio coronae DOMVI AVG FELICITER Ær. fere 1. Tab. XL. fig. 12. Ex eorum genere esse debet, qui non ad commercium, sed ho

noris causa extra publicas monetarias officinas ederentur. Retinet tamen formas, et antiquitatis signa eorum temporum propria.

Secundus offert caput juvenile, sine laurea cum epigraphe IV POSTVMVS CAES, et in aversa Victoriam gradientem cum corolla, et palmae ramo ad marginem vero supersunt lit. Θ DES Ær.3. Tab. eadem XL fig. 10.

Ob novitatem facile in suspicionem vocabitur, sed est indubiae vetustatis. Facies imberbis, et juvenilis Trebellium Pollionem, utriusque Postumi vitae Scriptorem vera narasse confirmat, nempe; seniorem Postumum filium habuisse cognominem, eumque Caesarem appellasse, de quo dubitant modo rigidiores Numismatici. Vide Echkel. in ejus vitae Synopsi Tom. VII. D. N. V. pag. 447. Ad haec vero illustranda prodesse potest Epistola quoque Valeriani, quam idem Trebellius in Postumo patre ad Gallos scriptam ad verbum refert. In ea enim praemisso patris elogio, haec de filio subdit: *Hujus filio Postumio nomine tribunatum Vocontiorum dedi, adolescenti, qui se dignum patris moribus reddet*. Hujus Scriptoris diligentiam commendat Vopiscus initio Firmi sui, floruitque Trebellius Pollio Constantii tempore. Postumium tamen utrumque semper appellat, cum in nummis constanter Postumi nomen legatur.

Nummus qui sequitur videndus eadem Tab.XL fig.13 confusis, inordinatisque literis exarata ejus capitis epigraphe, ad Justinianum pertinet, ut alii plures similiter inscripti. Nihil continet peculiare, nisi annum imperii XXXVIII nondum editum, quod sciam. Elementum enim ς designat annum VI, secus ac plerique antea censebant, qui illud de nota numeri V interpretabantur, sed modo jam res est explorata, quod sit episemon anni VI, id comprobantibus quampluribus exemplis ex indubiis monumentis depromptis, videndis apud Bandur., Tanin. etc. Vnum mihi fas sit addere Cyclum Paschalem Ravennatensem, ubi in singulis cir-

culis lunaribus hic ordo servatur LV. V. LV. ς. LV. ςI. LV. ςII. LV. ςIII. LV. X Quid hoc monumento luculentius? Vide illum a praestantiss. Norisio illustratum, de quo et ipsi egimus in lib. Ær. Vulg.

Annus XXXVIII in nummo designatus, fuit ille, quem explevit Justinianus imperii, et vitae cum aliquot insuper mensibus. Etsi enim calculum ineas ab eo die, quo primum ille a Justino adoptatus in consortium imperii acceptus fuit; idest ab a. d. Kal. April. A. V. C. Varr. MCCXXC, ad Idus Novembris A. V. C. MCCCXVIII, qui dies fuit Justiniano supremus, nonnisi invenies annos octo, et triginta expletos cum integris mensibus septem, et diebus XIII. Quod eo magis tempus minuitur, si numerandi initium facias ab obitu Justini, qui contigit a. d. Kal. Augusti anni suprascripti V. C. Varr. MCCXXC. Hinc error calculi admittendus in Bandurio, qui in fine synopsis vitae Justiniani pag. 63, scribit ipsum *imperasse a Justini morte annos* 39, *menses* 7, *dies* 17. Mitto alterum forte Typographi, ubi ibidem legitur Justinianum *fato functum Christi anno* 562, qui respondet A. V. C. MCCCXV.

Omittendi non sunt hoc loco bini alii insignes, et anecdoti nummi ex Gazophylacio Burghesiae Domus, quorum praecipui alia nunc Musea, meumque etiam ornant. Primus est aureus spectans ad Legionem IV M. Antonii cum obvio typo navis praetoriae, et aquilae Legionariae inter duo signa militaria, et epigraphe ANT. AVG III VIR R. P. C. Vnicus alter aureus hactenus perspectus erat Legionis XIX ex Museo Reg. Galliae, de quo mentionem habet Pellerin. Mel. I. p. 165, ubi suum pariter unicum aureum, sed CHORTIVM PRAETORIARVM memorat, addito iconismo.

Alter est argenteus Gordiani Afr. filii. Id novi, et singularis habet hic nummus, quod in adversa imago est sine laurea, et inscribatur hoc pacto:

CAES. M. ANT. GORDIANVS AFR AVG Caput juvenile nudùm.

Aversa vero sic se habeat:

PIETAS AVG Vasa Pontificalia.

Iste prae caeteris omnibus Afr. fil. imaginem referre dicendus est. Aversa, ut notum cuique, propria est Caesarum, et Principum Juventutis. Hanc ipsam in Gordiano Afr. fil. delineatam jam exhibuit Patinus pag. 362, sed ejus adversam non recte descripsit pag. praeced. 361. Addit enim vocem IMP, et capiti lauream coronam, quae in isto non extat. Modo jam ad alios diversi generis transeamus.

Plurimi faciendum puto quem modo describam, nummulum argenteum, qui licet in margine dimidia fere parte deficiente, literae evanuerint, media tamen in area anteriori intactam servat epigraphen Benedicti Papae III diversimode scriptam ab ea, quae cernitur in altero Classensi ab Emõ Garampio illustrato, et in ejus Dissertationis fronte praemisso. Habet enim ille quatuor literas in crucis formam dispositas P

B E, noster vero plures in nexu, ut in sche-

A mate. Vterque autem sub eodem Lothario Imp. editus, ut fit manifestum ex lit. quae in nostro quoque reliquae sunt ..THARI.. In posteriori etiam utriusque parte adest discrimen; in ea enim Classensis legitur PIVS in crucis formam dispositis literis, ut supra; in nostro autem habetur nexus ꟼI Vide Tab. XL fig. 9.

Erat iste cum caeteris Musei nostri Abbatiae, et Monasterio Classensi antiqui splendoris, et nominis Exarchatus Ravennae destinatus, cujus adhuc superest splendidissimum Templum Divo Antistiti Apollinari, Justiniano imperante extructum, dicatumque, in quo Coenobio ipse a prima aetate sacrae militiae nomen dederam, quod non sine grati, jucundique animi sensu meminisse juvat; sed modo Museum

ornat spectatissimi Viri Caroli Tomassini Barbarossa horum studiorum cultoris eximii, quem honoris, et amicitiae causa nomino.

Ex dissimilitudine utriusque nummi, quam supra innuimus, sequitur statim ab ipsa consecratione Benedicti III binos saltem ex hujusmodi denariis, diverso exemplo, in lucem prodiisse. Lotharius enim Imp. eodem consecrationis die Benedicti Papae III, in Monasterio Prumiensi prope Treverim in Germania supremum diem clauserat; Hinc nuncius ejus obitus non multo post Romam pervenire debuerat. Qua propter denarius iste Emi Garampii ratiocinia mirifice confirmat, quae jam duplici teste nituntur, eoque Joannae Papissae fabula uberius refellitur. Caetera vide apud praeclarissimum Virum.

Ad plumbea modo sigilla gradum faciamus. Prima duo fig. 1, et 2, nomina referunt illustrium Virorum, qui fuere *Patricii*, *et Exarchi*, quorum dignitas in Aula Constantinopolitana primarii ordinis censebatur. In primo sic legitur:

ΘϾΟΤΟΚϾ ΒΟΗΘΗ *Deipara auxiliare*: stat ipsa Virgo puerum Jesum in brachio sin. gestans; sequitur in aversa ΑΝΑϹΤΑϹΙω ΠΑΤΡΙΚΙω Ϛ ϾΞΑΡΧω. *Anastasio Patricio, et Exarcho*.

In secundo utraque epigraphe ita resolvenda Κ ΒΟΗΘΗ ΘϾΟΔωΡω ΠΑΤΡΙΚΙω Ϛ ϾΞΑΡΧω *Domine auxiliare Theodoro Patricio, et Exarcho*.

Inter Exarchos Italiae, qui sedem Ravennae habebant, Theodori duo recensentur: unus Calliopa dictus, qui Exarchatum primo obtinuisse fertur anno Ærae Vulg. DCXLIII, deinde post annuam Olympii administrationem, iterum anno DCL, in an. usque DCLXIII. Alter pariter nomine Theodorus, qui inter Exarchos nominatur anno Ær. Vulg. DCXCVI. Vide Blondum, Paul. Diac. Morerium etc. Ad alterutrum ex his duobus pertinere debet sigillum, de quo agitur, verisimilius ad Calliopam.

De Anastasio vero Patricio pariter, et Exarcho apud Scriptores nullam fieri mentionem invenio. Si et iste caeteris Vrbis Ravennae Exarchis adjungendus, quoniam inter Isaacum Patric., et Exarchum A. Ær. Vulg. DCXIX, et primam Theodori Calliopae administrationem A. DCXLIII anni intercedunt XXIV, itemque inter secundam ejusdem Calliopae praefecturam exactam anno DCLXIII, et alteram initam sine ullo alio intermedio Exarcho a secundo ejusdem nominis Theodoro anno Ærae Vulg. DCXXCVI totidem, ut supra, fere interjacent anni, nempe XXIII, non injuria conjicere fas erit in uno ex utriusque tam diuturni intervalli, de quibus nullum aliud simile exemplum superest in tota, quae hactenus innotescit, Exarchorum serie, qui sunt numero XVIII, locum habere potuisse Anastasium, de quo in hoc sigillo nunc primum mentionem fieri docemur.

Theodorus alter nominatur sigillo 3, cujus haec epigraphe:

ΘЄΟΤΟΚЄ ΒΟΗΘΗ ΘЄΟΔΩΡΥ ΑΠΟ ЄΠΑΡΧΩΝ ΚΑΙ ЄΠΑΡ
Χ . . . ΤΑΛΙΑC

Parumper vitiatae sunt postremae duae lineae, presertim ubi puncta notata. Sed indubium videtur de Eparcho, sive Praeside Italiae mentionem fieri. Apud Ficoronium pag. 24 Tab. VI in simili sigillo legitur ΓΡЄΓΟΡΙΩ CΤΡΑΤΗΓΩ CΙΚЄΛΙΑC.

Peculiarem offert titulum Apocrisarii subsequens alterum n. 6. sic inscriptum GREGORII PR ET APOCRISIARI cum imaginibus in anteriori parte SS. Apost. Petri, et Pauli. De Apocrisariis, eorumque vario genere, qui etiam ex Diaconis assumebantur a Romana Ecclesia, ad quam Gregorium istum referendum puto; nam et Primates, et aliquot etiam Metropolitas suos habuisse Apocrisarios ex Monument. Ecclesiast. constat, qui Ministri, vel Secretarii mu-

nere fungerentur, de quo videndus in primis Ducange in magno Lexico sub hac voce Apocrisarii. Divus Gregorius M. eodem titulo, et dignitate decoratus ad Aulam Constantinopolitanam a Pelagio Decessore suo de rebus Ecclesiasticis tractandis missus fuerat, qua Legatione functus, ac in Vrbem reversus eidem Pelagio successit A. Ær. Vulg. DCXC. Sed sigillum istud ad posteriorem aetatem, et ad Gregorium, qui erat Presbyter, non Diaconus, ut alter, referendum.

Postrema duo continent duorum Ecclesiae Neapolitanae Episcoporum nomina, *Athanasii* nempe, et *Laurentii*. Tres fuere Athanasii, qui eam Sedem tenuerunt. Primus Sergii Ducis fil., a quo in Episcopatu maxime vexatus diem clausit supremum, non sine sanctitatis fama. Successerat S. Joanni anno Ær. Vulg. 849, a Papa Leone IV Romae consecratus, decessit anno 872.

Athanasius II, qui Episcopus Neapolitan., et Dux nominatur, praecedentis nepos extitit, ejusque successor. Iste cum ab officio defecisset, ac saepe frustra admonitus, a Joanne VIII Papa anathemate percussus scribitur anno 880.

Athanasius III in Stephani locum evectus florebat anno 937, qui eodem anno Monasterium S. Severini una cum Gregorio Duce bonis ditavit, atque Diplomati Donationis se subscripsit.

Cl. Muratorius Med. Ævi Tom. II pag. 621 binos affert nummos aereos cum protome S. Januarii, itemque in aversa Athanasii, ejusque nomine. Eos autem ad Athanasium juniorem Neapolitanum Antistitem referendos non immerito censet, ad eum nempe, quem ab officio defecisse diximus.

Vtrum autem hoc quoque sigillum Athanasio juniori sit attribuendum, aliorum judicium esto. De hisce tribus vid. Mazoch. in Diatriba, quam praemittit ad Kalend. Eccl. Neapolit., Vghell. etc.

Vnicum denique Laurentium nomine inter Episcopos Neapolitanos memoratum invenio apud Vghellium Tom. VI pag. 58, ubi etiam Sancti titulo decoratur, legiturque illum ad Episcopatum vocatum fuisse anno Christi DCCII, cumque Cathedram rexisset annos XV, menses sex, ad coelites migrasse virtutum omnium splendore coruscantem, sepultumque fuisse in Oratorio ab ejus nomine nuncupato. Plura videsis apud eumdem Auct. Huic uni itaque adscribendum sigillum hoc nostrum.

Locus vacuus hujus paginae, qui supererat causam praebuit, ut binos anecd. subjicerem, qui sunt, ut sequitur.

Caput Mercurii sine petaso, sed cum ala super aurem, sine epigraphe.


C. PANSA Testudo, ad cujus latus d. caduceus erectus. Sestert. arg integerr.

Praeclarus hic nummulus Quinarii dimidia pars ex epigraphe spectat ad Vibiam Gentem, Testudo signum erat Peloponesiae monetae, cujus Regionis nummos vocatos χελώνας testatur Pollux. Itaque typus Mercurii cum caduceo, et testudine in aversa significare videtur C. Pansam aliquando operam suam contulisse in ejus Provinciae beneficium ad pacem consequendam.

IMP M IVL PHILIPPVS AVG Caput Philippi patris radiatum.

DE PIA MATRE PIVS FILIVS Capita adversa Otaciliae matris, et Philippi jun. fil. laureat. Den. arg.

Novum assentationis genus exhibet exim. hic nummus optimi Amici mei D. Millingen, qui alium nuper adeptus est Getae Caes. simillimum Pelleriniano, quem vide Mel. I. p. 242. In hoc tamen legitur FOR CAE. loco PON, Fortissimus Caes. loco Pontifex, ut in eo Pell, sed aliqua mihi inhaeret suspicio, quia nummus ferrum attigit. Ad Cremnam Pisidiae Coloniam spectat.



Cum jam sub praelo essent postremae paginae praecedentium Additionum peropportune ex Gazophylacio Burghesiano, de quo supra p. 176, parvo n. Museo ornando accessit eximium Crispi Caesaris Numisma max. m., quod hic coronidis loco breviter illustrandum suscipio. Sic autem se habet:

CRISPVS NOB CAES. Protome Crispi laureata habitu consulari, d. elata, sin. scipionem gestat, in quo superne aquila.

SALVS ET SPESXRPVBLICAE. In imo S P. Christus Servator cum nimbo in capite, veste stolata indutus, sellae, sive throno insidet, pedibus scabello impositis, dex. benedicendi in morem attollit, sin. vero Crucem oblongam sustinet. Ad ipsius latus dex. stat Figura laureata cum paludamento ad pectus, et hasta in dex. Quae vero ad sin. pariter laureata habitu militari cum chlamyde ad humeros, clypeum ante pedes erectum d. retinet, sin. hastam: et utraque Figura Christum sedentem respicit. Ær. m. m.

Haud equidem nunc primum in lucem profertur hoc Numisma, quo sane nihil praestantius desiderari potest ad perenne Ecclesiae Catholicae decus, et ornamentum. Illud primo editum invenies a praeclariss. Annal. Ecclesiasticorum parente Caesare Baronio in secunda Annal. suorum editione ad ann. p. X. CCCXXIV. quam deinceps perpetuis Critices cl. Pagii commentariis adornatam typis Lucensibus renovavit cl. Mansius An. Ærae Vulg. MDCCXXXIX, quaeque consulenda Tom. IV. pag. 34. Ibidem autem comperies quibus de causis illud ipsum numisma omisisset laud. Baronius in prima editione, deinde vero in secunda ex fide, et auctoritate Fulvii Vrsini amicissimi sui, *veluti*, ut idem scribit, *pulvere omni dubitationis excusso in secunda editione reponendum putavimus*. Merito videnda ibidem integra Baronii narratio, ut de germana hujus singularis numismatis antiquitate unicuique constare possit.

Ex Baronio deinceps illud, vel simile vulgarunt Cl. Viri Ducangius in Constantinop. Christ. p. 26, Bandurius Numism. Imp. pag. 324. Gretserus de S Cruce T. I. p. 1814, atque ut alios omittam, postremo Eruditiss. Franc. Blanchinius illud idem ornamenti causa delineatum exhibuit in fronte Praefationis Tom. I Commentar. suorum ad Anastasium Bibliothec. cum subjecta in imo iconismi hujusmodi inscriptione:

= *Nummus Crispi Caes. ex Museo Principis Burghesii, olim Fulvii Vrsini, edente Baronio ad ann.* 324. Hinc habemus praestantis hujus Cimelii originem, et historiam a Fulvio Vrsino ad Museum usque Burghesianum, ex quo erudit. Amicus meus D. Millingen saepe in his libris laud. non ita pridem, pluribus aliis praestantioribus aureis, et argenteis ex eodem sibi comparatis, et istud a se coemptum mihi libens concessit.

Post brevem hanc a me praemissam narrationem, quisque, ut arbitror, mirabitur, quod tam singulare Numisma a praestantissimis Viris, et in arte nostra versatissimis ce-

lebratum, a solertissimo Eckhelio suis in libris de Doctr. Num. Vet. omissum fuerit. Quod adeo verum est, ut Tom. VIII, ejusque Operis postremo sub Constantino M, ubi p. 88 de venerandae Crucis signo ex instituto pertractat, Joannis Damasceni praemisso testimonio, qui in Synod. ad Theophil. de Constantino verba faciens ita scribit = *pietatis in Christum verum Deum nostrum praecipuum argumentum fuit, quod Imperatorio, ac publico numismati salutaris Crucis, quod in Coelo viderat signum, Christique Dei hominis venerandam imaginem cum sua ipsius impresserit*. Additoque insuper altero non dissimili Zozomeni, ita immediate subjungere non dubitaverit. = *Haec si de consequentium Imperatorum nummis essent effati, lubenter eorum sententiae accederem. Verum excute universam Constantini monetam, nunquam in ea, aut Christi imaginem, aut Constantini effigiem cruce insignem reperies, nisi forte boni hi, et religiosi Viri in monumentis his cruces videre amabant, quae aut Cruces non fuerunt, aut ut Cruces Christianae intelligerentur, hoc consilio ab artificibus formatae non sunt*. = pag. vero seq. 89, ita concludit = *ut adeo ex nummis pertinax ejus* (Constantini) *in vetera sacra odium, et adversum Christiana sacra adfectus probari non possit*. = Haec sunt quae habet ibid laud. Eckhelius, cujus verbis, quin de ejus silentii causa quicquam mihi sumam inquirendum, haec animadvertere satis esse judico. Quod si tantus Vir caeteroqnin accuratiss., et de arte Numismatica optime meritus de hoc modo nostro, olim Fulvii Vrsini, deinde Musei Burghesiani Numismate diligenter inquirere curasset, atque dum Romae fuit, illud in Gazophylaclo Burghesiae Domus suis met oculis inspexisset, sine dubio Cl. Vrsini judicium rectissimum, verissimumque judicasset, nec non summopere gavisus fuisset de tam insigni monumento omni exceptione majori, quo reipsa singula prorsus symbola continentur, quae Damasceni testimonio ab eodem al-

lato describuntur, ac luculenter adeo Constantini Max. affectus, et amor erga Christianam Religionem comprobatur.

Neque praeterea ad argumentum, in quo versamur magis, magisque illustrandum minime omittendum duco, quod extant nummi ipsius Constantini, qui ita inscribuntur. CONSTANTINVS MAX. AVG cum capite ipsius laureato, et in aversa parte cum epigraphe GLORIA EXERCITVS stant binae figurae militares cum signis Legionum, et hastis: media autem in area clarissime insculpta conspicitur veneranda Crux eadem forma, qua in nostro, antea Burghesiano cernitur, quique videri possunt apud Bandurium Tom. II pag. 242, quorum etiam unus delineatus exhibetur in Tab. Constantini postremo loco, caeteri vero pag. 272 citantur ex Mus. RE, idest M. Etruriae Ducis, ex Mus. Foucault, et Baudelot, quique cum sint aerei 3. magnitudinis in suspicionem cadere nequeunt. Quorum etiam similem vide apud Ducangium delineatum Tab. pag. 27, ut alios omittam. Quamvis autem isti careant imagine Divini Servatoris nostri, ex eo quod tamen Crucis signum referant cum imagine Constantini Max., ad scopum, de quo agitur aptissimi noscuntur. Atque hic postremo notandum judico, cum numisma Crispi a Ducangio, dein a Bandurio descriptum, de quo supra dictum est, in aversa loco imaginis Salvatoris n. figuram tantum stolatam sedentem ab iis exhibere referatur, forte quod non idem esset cum nostro, sed simile, ac cum ipsius Christi effigie vitiata, idem tamen inferri oportere, quod de superioribus Constantini nummis diximus. Atque haec sunt, quae ob Cl. Eckhelii silentium exponere mihi religioni duxi in justam tam praeclari Numismatis nostri, olim Fulvii Vrsini defensionem.

Praeclare autem accidit hoc tempore, ut idem numisma, quod tamdiu in Burghesiano Gazophylacio delituerat, in lucem prodierit, atque ex Mus. nostro omnibus videndum praesto esse possit. Nam judicium, quod statim eo invento

a peritissimis hujus almae Vrbis unanimi consensu pronunciatum fuit, quilibet alius nostrae artis, qui illud inspexerit, libens confirmabit.

Quibus praemissis ad ea explicanda, et illustranda gradum faciam, quae ad figuras, ad symbola, et ad utramque praeclari hujus numismatis epigraphen pertinent. Crispus Caes. in anteriori parte exhibetur trabea consulari indutus cum scipione, in quo aquila, quod alterum est consularis dignitatis signum. Primo Caesarem factum fuisse constat A. V. C. MLXX, post X. 317. Consulatum primum iniit cum Licinio Kal. Jan. A. V. C. MLXXI p. X. 318. Iterum Consul processit cum fratre Constantino jun. Caes. A. V. C. MLXXIV p. X. 321: tertio denique p. X anno 324, qui immediate praecessit annum S. Concilii Nicaeni. Ex his itaque certo sequitur Numisma, de quo sermo est, signari non potuisse ante annum V. C. MLXXI, p. X. 318. Nullus additur in eo titulus, vel nota Consulatus, quod raro admodum in ejus moneta factum, sed ex allatis symbolis patet eidem jam Consuli dicatum fuisse. Idem Crispus Caes. Faustae Novercae falsis accusationibus a Constantino patre, non sine maximo deinceps suo dolore neci traditus fuit An. V. C. MLXXIX p. X. 326. Tempus itaque intra quod numisma illud in lucem emissum fuisse statuendum est, definitur ab anno p. X 318 ad ineuntem ann. 326, atque nominatim complectitur an. pag. 323, et sequentem, quibus sublatis omnibus externis hostibus, atque aemulo demum Licinio, Constantinus libere ad protegendam Ecclesiam animum appulit. Haec quo ad anteriorem partem: quod vero ad posteriorem attinet, recte jam descripta fuerat ejus epigraphe a Cl. Ducangio hoc pacto SALVS ET SPES X RPVBLICAE cum duabus solitariis lit. in imo S P; neque omittenda, ut Bandurio videbatur intermedia lit. X, quae in nostro clarissime legitur, contractis insuper literis, quae sequuntur ita RPVBLICAE.

Atque eam quidem solitariam literam X, quae capiti imaginis Christi sedentis imminet, facile unicuique in mentem venerit interpretandam esse de nomine ipsius Christi, ut Cl. Baronio videbatur. Verum ut ingenue fatear, duo sunt, quae me impellunt, ut aliter sentiam. Vnum, quod primo illo Constantini tempore nondum in usum receptum fuisset, quod lit. X publicis monumentis, atque monetae inscriberetur, ut docent nummi ipsius Constantini non pauci, in quibus monogrammata tantum inveniuntur ex literis P, et X, vel ex P, et parva hasta transversa nexu conjunctis inscripta sic ☧, vel ⳩. Alterum argumentum ducitur ab exemplis, quae sequuntur. Nam apud Mediobarbum ex Museo Sebastiani Feschii nummum ipsius Crispi Caesaris ita descriptum invenio:

D. N FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES, aversa vero sic se habet:

IOVI CONSERVATORI X. S. M K Δ Juppiter sedens, d. victoriolam, s. hastam: ad pedes hinc aquila sertum rostro tenens, illinc captivus humi sedens.

Pariter apud eundem in Licinio jun. in aversa haec habentur IOVI CONSERVATORI CAESS XMP. In aliquibus praeterea ipsius Licinii, et Constantini M. cum eadem semper Jovis figura adduntur inscriptiones IOVI CONSERVATORI XIII SMNB, vel Γ, vel TSAXI. Posteriori denique aetate in uno Theodosii jun. sic quoque legitur GLORIA ROMANORVM X MTA. etc. Cum igitur in allatis nummis reliquae lit. solitariae interpretationem admittant de Signata Moneta Kartagine in primo, de Macedoniae Percussa in secundo etc. statuendum potius censeo in nostro, in quo lit. S P, inscriptum subintelligendum *Sisciae Percussa*, ut mox dicemus, lit. X pro numero, vel signo Monetariorum accipiendam esse.

Legamus itaque omisso eo signo X. SALVS ET SPES REIPVBLICAE. Sed haec ipsa epigraphe quam bene imagini

Servatoris sedenti conveniat nemo non videt, de qua ad ea, quae diximus, paulo infra quaedam peculiariter addam. Literae in imo S P, ut jam innuimus, indicant *Sisciae Percussum* fuisse eximium hoc numisma. Plures extant nummi ea in Vrbe quondam Pannoniae illustri signati Constantini, M. Licinii, ipsius Crispi, aliorumque subsequentium videndi apud Numismaticos. Scribebatur modo per simplex S, modo SIS, modo etiam SISC, atque etiam Gratiani tempore in quibusdam legitur SISC P, et S M SISC, idest *Sisciae Percussa*, *Signata Moneta Sisciae*.

Jam vero quod ad Figuras attinet adorabilis imago Christi Servatoris id peculiare offert, quod cum in caeteris subsequentium Principum nummis, aliisque monumentis Crux, aequalibus hastis conjuncta intra sertum capitis insculpta conspiciatur, in hoc nostro inferiori hasta longiori, ac veluti triumphantis in morem a Christo s. manu sustineatur. Similem Crucis formam exhibere jam vidimus supra nummos alios aereos ipsius Constantini parvae magnitudinis, atque, ut exemplum afferam sequioris etiam aetatis, eandem offerunt Honorii nummi, et Gallae Placidiae, sed in his Crux in area aversae partis erecta a stante Victoria retinetur. Primum igitur praeclarissimumque in Cruce hujus nostri renascentis Ecclesiae Christi signum, et monumentum agnoscimus, quod ad Christiani nominis salutem a Constantino Max. fuerit erectum.

Quae adstant utrimque Figurae facile ex suis peculiaribus notis sese manifestant. Quod ea, quae ad sinistram Redemptoris pectore loricato clypeum sin. retineat cum chlamyde ad humeros, nequit sane Constantinum jun. Crispi fratrem referre, cum ille nullis bellicis laudibus, neque in nummis, neque in aliis monumentis celebretur. Crispus vero filiorum Constantini M. natu maximus, ex quo Caesar factus, et Consulatu auctus fuerat maximam sibi laudem comparavit, primo in arcendis Barbaris e Germaniae

finibus, tum in Francis rebellantibus superandis, et in insigni victoria, quam de Alemannis retulit, denique cum A. V. C. MLXXVI, post X. 323 Praefectus Classis constitutus, Licinii Duces profligavit. Quarum rerum praeclare gestarum testes sunt quamplures ipsius nummi, in quibus saepe cum clypeo, et hasta exhibetur, modo vero cum tribus spiculis in dex. atque in iisdem additae leguntur inscriptiones SARMATIA DEVICTA, ALAMANNIA DEVICTA, vel GLORIA ROMANORVM ALAMANNIA, in aliis FRANCIA etc. Ex quibus patet Crispum Caes. in hujusmodi triumphis reportandis patri Constantino egregiam operam praestitisse, et parem propterea ab ipso honorem, et laudem sibi communicari meruisse. Ex quo jam manifeste sequitur illum, qui stat ad Redemptoris dex. non alium esse, quam Constantinum Max., qui Pacificatoris habitu, et imperiali paludamento ornatus Christum, sin. venerandam Crucem gestantem oculis in eum conversis intuetur; quin cogitari queat eo loco digniori Constantinum jun. nulla insuper, ut diximus, laude bellica illustrem designari potuisse. Videmus ergo quam apte singula disposita sint in hac aversa parte, in qua Christus in throno sedet, et salutaris Crucis signum gestat, Constantinus vero auctor pacis, et salutis Ecclesiae cum Crispo Caesare de tam illustri triumpho praeclarissimum praebet testimonium.

Quod in anteriori numismatis parte non Constantini imago insculpta fuerit, sed Crispi, id non modo nihil obest; sed etiam causam, quam agimus, confirmat, et illustrat. Nam ex notis, quas supra dedimus, de tempore ejus editi nummi certam assequimur notitiam: jam ante Concilium Nicaenum in publica Constantini, ejusque Familiae moneta Christi imaginem, ejusque Crucis trophaeum in dissitis etiam imperii Regionibus signari consuevisse. Declarat etiam quod factum fuit de Crispo Caes., id volente, et consentiente Constantino patre factum fuisse, duplicique propte-

rea teste comprobari, publicum Religionis Christianae cultum undequaque in Romano imperio jam tum libere exerceri potuisse. Quis praeterea dubitare poterit, quoniam quae erant Constantini decoris insignia, Crispo quoque communia essent, ut paulo ante diximus, similes quoque nummos patri Constantino dicatos fuisse, qui partim ex vetustate temporum interierint, partim vero effervescente adhuc initio Gentilium odio in Christianam Religionem, vitiati, et corrupti fuerint? Sic de eo forte Ducangii non immerito suspicari posse jam diximus, sic quoque de simili arbitror, quem Vaillantius inter maximos recenset cum capite ipsius Constantini. Sed quid interest demum plures requirere testes, cum praeclarum Crispi numisma, etsi unicum, cum tamen integrum, incorruptumque maneat, atque ab omni suspicione sit immune, idem praestet pro omnibus, quae etiam aliquando in lucem prodire possint? Atque hic obiter ratio postulat, ut animadvertam, quod si Amico n. praeclariss. Felici Caronnio ob sua itinera, aliasque erudit. occupationes, quibus assiduo distinetur, monumenta, quae hactenus allata sunt, consulere apud Baronium, caeterosque, commodum fuisset, multo majori cum fundamento in Lib. Raggualio etc. Parte II. pag. 184, de Constantiniana Cruce, ejusque vera, et archetypa forma, juxta visionem ab ipso Constantino descripta, disserere, atque illius obtrectatoribus os obstruere potuisset. Quae justae numismatis nostri praerogativae causa dicta sint.

Plurimum itaque intererat tam eximii numismatis fidem, germanamque vetustatem, quam modo ex se ipso tueri, et unicuique perspectam facere potest, ab omni vel levi suspicandi metu vindicare. Hinc enim sequitur primum istud esse, praecipuumque monumentum, quo nititur, certaque ratione probatur Christianae Religionis renascentis exordium. Hinc etiam eodem praeeunte agnoscimus veram esse narrationem, quam synchronus Auctor Eusebius ab ipso

Constantino sibi factam refert in ejus vita Lib. I: quod vergente in occasum sole, et comitante illum exercitu, Crucem in aere pendulam vidisset, et ea quidem forma, quae in hoc numismate Crispi insculpta conspicitur. Insuper vera quoque habenda esse, quae idem subinde auctor narrat de ipso Constantino, quod profligato, extinctoque Maxentio cum Vrbem triumphans ingressus esset, statim *sublimem hastam in modum Crucis sub manum statuae suae in celeberrimo Vrbis loco poni jussisset*. Denique vera pariter esse caetera, quae ibidem Eusebius exponit de venerationis, et obsequii signis, quae publicae Romae exhibuit idem Constantinus erga Jesum Christum Servatorem nostrum post habitam Crucis visionem, et insignem, quam ejus auspicio de Maxentio Tyranno victoriam obtinuerat.

De visione autem Crucis habita a Constantino, de qua tot, tamque variae, atque inter se dissidentes circumferuntur Doctorum hominum opiniones, non est hujus loci, et instituti plura inquirere, ac disputare. Satis est ad propositum nobis scopum, quod ex effectibus constet, statim Constantinum post assertam a se habitam Crucis visionem, eadem auspice, ut Crispi Numisma fidem facit, totum incubuisse pro salute, et tranquillitate Ecclesiae restituenda. Quae autem majores desiderari possunt ejus rei testificationes, quam quod ab eo tempore pius Imperator eandem a squalore, et captivitate, in qua tamdiu, persequentibus Gentilibus, detinebatur, in libertatem vindicaverit, ac Templa, aedesque sacras, qua late patebat imperium, ad nostrae Religionis cultum publice exercendum ipse met, non modo a fundamentis magnificentissime extruxerit, ornaverit, ditaveritque; verum etiam suo exemplo ad idem praestandum Christi fideles excitaverit, atque adjuverit, ac Insuper saluberrimis legibus, atque edictis eorum indemnitati, et quieti prospexerit? Quae quidem, et alia, id genus plura, et singularia Constantini M. beneficia quantum deinceps ad ejus-

dem Ecclesiae propagationem, et ad falsae superstitionis eversionem contulerint, nemo est nostrum, qui ignoret; quique fateri non debeat uni vel maxime haec beneficia Constantino accepta esse referenda.

Itaque gratulor ego met mihi, quod cum in Lib. n. de Vulg. Ærae Emend. primordia nascentis Christi, ejusque Ecclesiae certioribus temporis finibus circumscribere, et definire studuerim; modo in absolvendis hisce Mus. n. Numismatum libris, tenues qualescumque labores meos, addita hic postremo tam eximii monumenti de renascentis Ecclesiae exordio sub Constantino illustratione ornare, ejusque Auctori Deo, et Homini CHRISTO Servatori nostro consecrare potuerim.



DE QVIBVSDAM COEMETERIALIBVS VITRIS ANECDOTIS

Praecedenti pag. ad calcem eximii Crispi Caesaris numismatis cum imagine divini Redemptoris Crucis trophaeum gestantis, ornamenti causa delineatum exhibuimus vitrum orbiculatum cum Figuris, ex eorum genere, quae in Romanis Christianorum sepulcretis, cryptisque inveniri solent, quae propterea coemeterialia appellantur. Illud cum aliis non paucis similiter delineatis olim inveneram intra laudatissimum Philippi Bonarrotii Librum inscriptum: *Osservazioni sopra alcuni Frammenti, e Vasi antichi di vetro trovati ne' Cimiteri etc.* cum Florentiae ex Bibliotheca illustris Senatoris Thomae Strozzii dudum defuncti Libros de Antiquitatibus, et de rebus numismaticis mihi comparassem. Cum autem ea nondum edita fuisse compererim, et quamvis rudi stylo delineata, in pretio tamen habenda sint, selecta ex iis X hic opportune subjungenda duxi, quod pio, eruditoque Lectori gratum futurum minime dubito. Breviter autem eorum descriptionem absolvam, nisi peculiare aliquod symbolum occurrat, quod illustrationem requirat, quoniam de ipsorum origine, de symbolis, et Figuris, de praestantia, atque usu, in quem a Christianorum pietate convertebantur egregie jam, copioseque disseruerunt prae caeteris Bosius, Arringhius, Severanus, laud. Bonarrotius, atque dum haec scriberem praestantissimus Amicus meus Eques D'Agincourt, qui per plures annos intra sacros illos, reconditosque SS. Martyrum, piorumque Christi Fidelium in pace quiescentium specus, cuniculosque versatus, Opus suum omni elogio dignissimum jam praelo commisit, quo plurima sane hujus generis monumenta, quae hactenus latuerant, in lucem prodibunt ad uberiorem Ecclesiae Catholicae splendorem, et decus.

Atque ut exordiar ab eo Coemeteriali vitro, quod in schemate ad finem numismatis Crispi adjectum conspicitur, illud ad Christianam Familiam spectasse manifestum est, ob additum monogramma Christi Servatoris n., quod jam a tempore Constantini Max. praeter Crucem oblongam, quae statim a visione habita ab eodem Constantino publice in Vrbe, atque in nummis consecrata fuit, deinceps in vexillis, signisque militaribus apponi coepisse, ibidem jam notatum fuit. Nec immerito, ut arbitror, conjicere fas est, quod ea Familia esset illustris, ac nobilis ob Pompejani nomen. Sic enim se habet inscriptio: POMPEIANE TEODORA VIBATIS. Mutua etiam concordia conjugum, et amor in prolem clare sese manifestat, atque ob intermedium monogramma non obscure quoque innuitur eandem prolem a piis genitoribus in Christiana fide educari, et instrui non omissum fuisse.

Modo vero de iis sermonem instituam, quae Tab. XLI, et XLII continentur. Peculiare est orbiculatum vitrum sub num. 1. Tab. XLI, quod in binas partes divisum, in superiori, quae formam exhibet Atrii, sive Porticus templi tribus columnis suffultae cum ornamentis, quatuor SS. Martyrum Figuras intermedias stantes offert cum volumine in dex., additisque ipsorum nominibus, quae sic inscripta leguntur: LAVRENTVS, SVSTVS, PAVLVS, in postrema vero Figura nomen modo desideratur. In inferiori autem cernitur protome divini Redemptoris cum volumine semiaperto, et nomine CRISTVS ita scripto, sine H, media inter eam TIMOTEI ad dex., cui in area supra caput additum volumen, et IPPOLITI ad sinistram ipsius Redemptoris.

De divo Paulo Apostolo, et de eximio Martyre Laurentio necesse non est hic verba facere, quoniam sole illustriora sunt eorum Acta, et martyrium. Qui secundo loco SVSTVS inscribitur, non alius est, quam Sixtus II Papa,

qui anno Aerae Vulg. CCLVIII ante Martis templum pro verae fidei confessione martyrium subiens, in Coemeterio, quod Callisti appellatum, honorabilem habuit sepulturam. De eo mentionem habet S. Cyprianus Epist. IX ad Successum, ubi notat in eum a. d. VIII Id. *Augusti animadversum fuisse*. Et revera eodem die recolitur ipsius memoria, ut in Ecclesiae Fastis, et Kalendariis legitur. Manet adhuc Ecclesia in ejus honorem erecta circa Constantini M. tempora, ubi sacrum hujus S. Pontificis, et Martyris corpus repositum fuit, via Appia ex adverso ingentium adhuc ruderum splendidissimarum olim Thermarum Antonini Caracallae.

Timotheus, qui ad dex. divini Redemptoris in inferiori vitri parte depictus conspicitur, Presbyter fuit Antiochenus, et sub Constantino M., antequam ille ex adorandae Crucis visione ad Christianam Religionem animum adjiceret, illustre martyrium subiit, cujus corpus intra Basilicam Divi Pauli Apost. via Ostiensi requiescit. Vid. Panvinius in Coemeteriorum Descript. Ab eo nomen accepit Coemeterium, quod S. Timothei appellatur, atque in ipsius Actis ex codd. Vatican., et Vallicell. habemus: *Theona*, aliis *Theodoram Christianissimam feminam non longe a sepultura Beati Pauli Apostoli ejus corpus in horto suo suscepisse*. Additurque praeclare factum: *ut hujus nominis Martyrem exciperet, qui Paulo Apostolo, ut quondam Timotheus, adhaereret*.

De S. Hippolyto denique, qui in sin. positus ipsius Redemptoris haec adnotare sufficiant. Fuit ille Episcopus Portuensis, neque solum Ecclesiasticis suis scriptis, atque Cyclo Paschali inter caeteros Ecclesiae Scriptores summo elogio celebrandus; sed praecipue Portus olim Romani splendorem toto Orbe celebrem suo martyrio illustriorem reddidit. Nam ibidem sub Alexandro Severo, sub quo Cyclum suum ediderat, qui adhuc cum ejus effigie ad basim inscriptus superest, in altam foveam aquae plenam demersus

constantis fidei victoriam, palmamque obtinuit. Ibi vero postmodum in ejus honorem Aedes sacra aedificata fuit, quae hodie quoque nomen dat secundo ex primariis Episcopis Cardinalibus suburbicariis. De ejus Coemeterio, eoque recolendo, vide Prudentium Perist. Hymn. II.

Sub num. 2. ejusdem Tabulae stant binae Mulieres stolatae expansis manibus orantium in morem. Earum nomina sic se habent ANNE APAME. In similibus vitris apud Bonarrotium, et Aringh. B. Agnes frequenter, aliaeque Mulieres in eodem orandi gestu exhibentur. Nomen etiam B. Agnetis mendose in iis scribitur ANE, ANNE, ANGNE etc. Novum arbitror alterum APAME, sed in vet. historia erat illustre. Nam APAME vocabatur uxor Seleuci I Syriae Regis, quae mater extitit Antiochi Soteris, altera quoque ejusdem nominis uxor Prusiae Bithyniae Regis etc.

Sub num. 3. sedent SS. Apostoli PETRVS, et PAVLVS, hic quidem ad dex. cum volumine, quod utraque manu retinet, Petrus vero ad sin. intermediam in area coronam cum palmae ramo in medio, laeva manu se sustinere ostendit.

Num. 4. Christianae Familiae imagines exhibentur, uxoris nempe ad dex., ejusque mariti ad sin. puerili imagine intermedia, propriis unaquaque vestibus, et ornamentis distincta. Intermedium in area est monogramma Christi, supereminente eidem corona cum radio sacrum ipsum monogramma contingens. Nomina quoque, cujusque circa ambitum imaginum sic inscripta lego SEBERE COSMAS L.. IEA ZESES. Quae modo vitiatae apparent uxoris nomen continere debuerant.

Singulare est vitrum, quod primum locum occupat Tab. XLII. n. 1, cujus symbola apud praeclar. Auctores, quos supra laudavi de sacris coemeterialibus monumentis agentes invenire non potui. Ad lucem de coelo apparentem genuflectens Vir barbatus, ac veluti attonitus, gestu utriusque manus ad eam conversus coelesti voci ex illa mananti aures

se praebere ostendit. Retro stat Mulier stolata sinistra elata fulgorem indicat, virumque de iis, quae ex illo praenunciantur admonere videtur. Supra ipsius Mulieris caput in area cernitur volumen, et media in area assurgit arbor.

In hujusmodi coemeterialibus vitris orbiculatis nihil sane frequentius symbolo, quo sacram historiam exprimere solebant Christiani de sacrificio, et oblatione, quam Abraham aetate longaevus de unico filio suo Isaaco, ita Deo jubente, nihil haesitans in fide promissionum, quas multo ante ab ipsius ore Dei acceperat, in monte, nulla interjecta mora, peracturus fuisset, nisi de coelo delapsa vox, Deique jussus, eodem instanti, quo filium immolaturus erat, obstitisset. In hoc autem mysterio SS. Patres praeeunte Apostolo in Epist. ad Hebraeos Cap. II. sacramenta passionis Christi figurari, atque Agnum in ea immolatum designari merito docent, eodemque insuper nos de futura corporum resurrectione erudiri. Idem enim Paulus cit. Epist. inquit: *Fide Abraham non haesitavit, cum unicum offerret, in quo acceperat repromissionem, cogitans, quia et a mortuis eum suscitare potens est Deus*. Quae verba explicans Origenes Hom. 8. in Genes. haec habet: *Prodidit ergo nobis Viri fidelis Apostolus, quod fides resurrectionis haberi coeperit in Isaac. Abraham ergo resurrecturum sperabat Isaac, et credidit futurum, quod adhuc non erat factum*. Hinc merito Div. Chrisostom. Homil. in eandem Epist. concludit: *Si Abraham ante tot annos credidit, quod Deus sit potens suscitare ex mortuis, multo magis id nos debemus credere*. Ac in eodem sensu loquuntur caeteri PP. Quantum igitur laudandi sunt veteres Christi Fideles, quod illius sacrificii figuram, ac mysterium in suis lancibus, cyatisque vitreis, quae quotidiano, ac domestico eorum usui inserviebant, depicta habere curarent ad fidem, spemque suam erigendam, ac jugiter conservandam futurae resurrectionis, quae etiam jugis

recordatio ipsis solatio foret, suarum afflictionum, quas persequentibus Gentilibus, continuo sustinere cogebantur.

Haec porro praemittenda erant ad faciliorem hujus orbiculati vitri, de quo quaerimus, intelligentiam. Nam historiae illius, et mysterii veritas, ac fides de sacrificio Isaac pendet, nititurque repromissione, quae olim Abrahamo a Deo facta fuerat, quando eidem praeceperat, ut *egrederetur de terra sua, de cognatione sua, de domo patris sui* etc., et abiret in terram, quam ipsi monstrasset, in praemium obedientiae promittens: *Faciamque te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum etc.* Nexum itaque, vel maximum inter utramque historiam intercedere nemo non videt. Nisi enim praecessisset repromissio, quomodo constaret de merito fidei Abraham, quod credidisset in spem contra spem pro futura filii resurrectione, postquam illum immolasset, nisi sibi constitisset in ea filii oblatione exequenda promissiones multo ante sibi a Deo factas nec falli, nec fallere posse? Itaque in hujus vitri coemeterialis symbolo, de quo sermo est, non immerito statuendum arbitror scite Artificem exprimere voluisse primum illud praeceptum, simulque promissionem Abrahamo a Deo factam, cum ei jusserat, ut de domo sua egrederetur, etc. quo subsequens alterum mysterium, ut diximus, nititur, confirmaturque. Abraham igitur ex apparente coelesti splendore perculsum in genua procumbentem, ac venerabundum expressit, eumque divinis jussionibus obsequentem, ac eas veluti mox executurum indicavit. Volumen additum ab eo existimo, ut Librum S. Genesis designaret, quo mandata illa, et repromissiones continentur, nec praetermittendam censuit Saram uxorem, quoniam particeps omnium cum viro suo, ac per eam repromissio explenda fuerat, simulque ut ex divino eloquio audiret quae sibi maximo gaudio, nec non etiam solatio futura erant in relinquenda terra, ac domo sua, atque in ea peregrinatione cum viro prompte, ac

volenti animo suscipienda. Inscriptio eadem, quae in aliis ex hujusmodi coemeterialibus vitris non infrequenter legitur, nempe HILARIS CVM TVIS PIE ZEZES IN DEO.

De Figuris, quas offert vitrum orbiculatum sub n. 6. Tab. XLII incertum manet, utrum illae profanis, an potius Christianis conjugibus sint adscribendae, cum nullum adjectum fuerit signum ad rem declarandam idoneum. Angelus ne, vel Genius sit, qui nudus, et alis expansis capiti utriusque conjugis supereminens mutuam ipsorum concordiam, et amorem innuere videtur, quis certo definiat? Praesertim cum in coemeterialibus vitris Christianorum, imagines, quae similiter in area positae conspiciuntur, sive Redemptoris, sive Angeli, vestibus decore indutae appareant. Inscriptio de uxoris nomine modo vitiata sic enim habet VEV T reliquae sunt voces SVCINVS BIBITE.

Imagines sub n. 7, et 9. divinum Redemptorem exprimunt cum epigraphe CRISTVS, inscite, ut plerumque in aliis lit. H omissa. In prima, quae mediam aream occupat Christum circunstant sex Figurae stolatae totidem inter columnas dispositae, quarum tamen una tantum integra superest cum volumine in dex., caeteris fracto vitro, magna ex parte deletis. In sequenti eadem imago nubibus ad utrumque humerum ornata quatuor tantum dimidias figuras pariter stolatas habet ad duplicis quadrati latera, et angulos. Primae sex forte pro Apostolis accipiendae, istae quatuor pro Evangelistis. Vtraque imago Christi faciem praefert juvenilem.

Sub n. 8. iterum effigies et nomina sese offerunt SVSTI, et TIMOTEI, de quibus paulo ante satis dictum est.

Postremo demum n. 10. ejusdem Tab. XLII. in praestanti fragmento conspiciendum sese offert Candelabrum Hebraeorum, de quo in Exodo legitur: *Facies lucernas septem, et pones eas super candelabrum; ut luceant ex adverso*. Ad Candelabri latus sin. respicienti ex capite arietino

in σκελετὸν redacto assurgunt duo rami eidem infixi, proxime vero in area vas quoddam cernitur in angulum acutum desinens, et cordis figuram referens. Ex altera parte, cornu olei conspicitur in superiori parte parumper incurvum, et non longe vas ansatum. Simile caput arietis depictum quoque habetur in alio vitro cum instrumentis, vasisque pro Hebraeorum ministeriis apud Bonarrotium Tab. II. fig. 5., sed sine duobus ramis, ut in nostro. Istud forte accipiendum pro aspergillo ob ea, quae habentur in Lib. Gen. et in Epist. D. Pauli ad Hebraeos, ubi legitur: *quod Moyses accipiens sanguinem vitulorum, et Hircorum .... cum Hyssopo librum, omnem Populum, tabernaculum etiam, et omnia vasa ministerii aspersit*. Reliqua modo est inscriptio A. PIE ZEZE. In eo doctiss. Bonarrotii legitur ANASTASI PIE ZESES. Hinc de utroque hoc vitro hujusmodi judicium ferendum existimo. Symbola quidem propria esse Hebraeorum; inscriptionem vero Christianorum. Neque enim nomen Anastasii homini Hebraeo convenire potest, neque praeterea acclamationem illam PIE VIVAS perpetuo Christianorum usu consecratam ab Hebraeis adhiberi potuisse arbitror.

Praeter haec selecta coemeterialia vitra cum Figuris, aliud ex iisdem, quae Florentiae inveneram, sed profanum hic describere lubet, quoniam affine est alteri, quod exhibet laud. Bonarrotius, Tab. XXXII. fig. 2, et utraque inter se comparata mutuo supplentur, et emendantur. In nostro, quod integerrimum, circa ambitum legitur ORFITVS. ET COSTANTIA. IN NOMINE HERCVLIS.. Hercules ad dex. hum. leonis exuvias gestans, ejusque faciem adversam ostentans, et in sin. clavam sustinens, caeteris in partibus corporis nudus stat supra tripodem medius inter memoratos conjuges, quorum Figurae ex dimidia corporis parte aream vitri occupant. Ad utramque capitis partem Herculis, et ad occiput utriusque conjugis multiplici ordine insculptae

sunt literae, ex quibus eruitur inscriptio, quae sequitur ACERENTINO FELICES ϛIBATIS. Literam ϛ, quae unica a caeteris latinae linguae forma parumper recedit, pro F accipienda mihi videtur, quaeque potestatem habeat exprimendae lit. V, aeque ac B, ita ut legere oporteat FELICES VIVATIS. Difficultas omnis constitit in voce ACERENTINO, de qua dicam, postquam alterum Cl. Bonarrotii vitrum hic descriptum retulero. Hercules in eo depictus sin. clavam retinet, dex. vero brachium Palladis galeatae apprehensum ad se trahere quodammodo ostendit, quasi eandem alliciens, ut sibi comes, et adjutrix esse velit in ingentibus secum laboribus perferendis, ac victoriis consequendis. Ad pedes Herculis arcus vestigia conspiciuntur, Pallas vero hastam cum spiculo, et clypeum erectum extrema vestis lacinia retinet. Superne in area inter utriusque capita nitens corona addita cernitur. Inscriptio autem circa ambitum est hujusmodi TICI ABEAS HEACVLE ATENENTINO PROPI. In area vero nexus ex T, et E.

In utroque eadem vox totidem constans literis, decem nempe, duabus tantum literis diversis. In nostro enim legitur ACERENTINO in isto ATENENTINO. Suam praeclariss. Bonarrotius epigraphen ita interpretatur: *Abbia la fortuna d'Ercole propinate a Tenentino, o ad Enentino*. Subdit autem hanc secundam explicationem addere ob punctum post lit. T. Sed de punctis in hujusmodi vitreis inscriptionibus nulla cura, vel sollicitudo habenda, quemadmodum nec de orthographia in scribendo, neque de conjunctione literarum, vel earum sejunctione praeter ordinem, ac sensum, quibus vitiis scatent pleraque ex his vitreis monumentis ob imperitiam Artificum, a quibus scribebantur, quod unicuique percurrenti Auctores, a quibus hujusmodi inscriptiones referuntur, facile constare poterit. Hisce itaque praetermissis de utraque voce inquiramus. Atque illud de vitro nostro patet, primo vocem ACERENTINO ad *Ru-*

finum, *et Costantiam* non esse referendam, nam in hoc altero Bonarrotii Herculis nomini immediate conjungitur. Patet secundo eam vocem ad Herculem referri oportere, sive sit illius cognomen, sive potius locum indicet, ubi Hercules coleretur, ac si diceret A FERENTINO, Vrbe notissima, Ab AVENTINO colle, et similia. Neque enim de Athleta, vel alio quolibet homine, vetante nostro vitro, interpretari potest. Concluditur itaque aliam exposcere explicationem, quam quae a laud. Bonarrotio de suo vitro proponitur. Quod quidem cum exploratum jam habeamus, ut arbitror, aliquid hic addendum de ratione, qua utraque ea vox, vel supplenda, vel emendanda videatur, certum enim est in alterutra, vel ab Artifice, vel ab Amanuensibus in iis scribendis errorem admissum fuisse. In nostro vitro primam lit. A, si sejungas a caeteris, ut sensus requirit praecedentium IN NOMINE HERCVLIS, erit epigraphe A CERENTINO, si autem A conjunctam velis cum sequentibus, cognomen aliquod ipsius Herculis, quod contineret, scribendum fuisset genitivo casu ACERENTINI, non ACERENTINO, quemadmodum etiam in O desinit vitrum Bonarrotii. Sejuncta igitur prima lit. A, quoniam in eo Bonarrotii sequitur T, in nostro C, non injuria suspicari potest utramque vitio laborare, ac substituendam esse lit. F. Quo posito emergit integrum nomen FERENTINO, quae Vrbs adhuc manet, nihilque verisimilius, quod illa quoque Civitas suum peculiarem Herculem haberet, quemadmodum aliae fere omnes eundem in honore habuisse nemo in dubium revocare potest. Ego equidem legere mallem: Ab Aventino colle, quoniam mons ille olim nemorosus antrum praebuerat insigni Latroni nomine Caco, de quo Ovidius Fast. I.

Cacus Aventinae timor, atque infamia Sylvae

Notissima autem est historia, de eodem, quod Herculis apud Evandrum hospitantis boves in antrum suum cauda aversa traxisset, quo agnito furto, Herculem Cacum occidisse.

Sed una minor est litera in hoc nomine, primaeque tres a primis illis discordant. Quid porro interest plura conjicere de voce incerta, cum sufficiat perspicuum esse, quod facta etiam quacunque hypothesi eadem Herculi tribuenda sit. Ideoque concludere oporteat Cl. Bonarrotii interpretationem de integra vitri sui epigraphe non esse admittendam. Ipse quidem sic eam supplendam censerem:

TICI (vocativo casu) HABEAS HERCVLEM A FERENTINO (Oppido) PROPITium, mutata litera prima T in F, tertia vero N in R, nam altera de Aventino ab utriusque vitri inscriptione nimium aberrat, ut paulo ante dictum est.

Sed missa faciamus profana, atque agmen claudat post recensita paulo ante sacra Coemeteriorum vitra, pia, et christiana acclamatio, quae inscripta inventa fuit anno Ær. n. Vulg. 1793 in extremo argentei operculi labro, quo claudebatur argentea pariter arca affabre extructa, et anaglyphis undique ornata, nuptiarum causa, pro continendis vasis, aliisque instrumentis mundi muliebris Gynecaei lectissimae, nobilissimaeque feminae PROIECTAE nomine, quae conjugio copulata fuerat SECVNDO, cujus Familia inter primarias Romanas utique recensenda. Nam ut silentio praeteream reliquas suppellectiles fortuito tunc detectas, quae omnes erant argenti purissimi, ac majori ex parte inauratae pondo unciarum supra mille; quibus praeterea addendae essent aliae plures furto sublatae cum gemmis aliquot pretiosis, quatuor simul inventa signa, sive parvae statuae ex solido argento ita fabrefactae, ut aptari, atque inservire possent munimini, simulque ornatui pro totidem hastis, quibus sella, sive Praetoria, sive Consularis gestari solebat, et quatuor praecipuas Orbis Metropoles referebant. Haec profecto argumento sunt eam Familiam ex earum numero extitisse, quibus primae dignitates, et magistratus conferri consueverant. Nihil autem de his, deque reliquis praedicti

cultus muliebris instrumentis dicam, quoniam singula quaeque egregie jam in sua erudita Dissertatione illustravit celeber Ennius Quirinus Vicecomes. Mihi unice propositum est pauca quaedam hic animadvertere de inscriptione initio memorata. Cum enim, adverso utique casu evenisset, ut ea Fossorum culpa frangeretur, atque in plurimas, minutasque partes, et fragmenta inter se disjuncta reperta fuissent, neque, quod maxime intererat, extremae utrimque partes initio apparuissent, occasionem praebuerant, ut ea inscriptio pro profana acciperetur, atque ita vulgaretur. Insuper vero ab ornatissimo Equite D. Seroux d'Agincourt, quem paulo supra, et alibi in his libris debito elogio commendatum invenies, qui mox suis sumptibus Tabulam miro artificio delineatam, atque incisam de singulis spectabilis illius mundi muliebris figuris, vasisque edendam curaverat, inscriptio suprascripta, pro ut initio pariter inventa fuerat, manca, et imperfecta repraesentaretur.

Porro cum ipse vulgatis jam, editisque singulis, quae hactenus commemorata sunt, primus detexerim integram lectionem Christianae illius inscriptionis, hoc loco breviter exponere operae pretium duxi, quomodo id evenerit, ad uberiorem fidem faciendam de tam illustri monumento, quod novum affert Christiano nomini decus, atque splendorem. Rogatus itaque a spectatissimo Dynasta de Schellersheim, mihi dudum amicitia conjuncto, ut universam illam spectabilem suppellectilem, quam sibi jam comparaverat, ut secum una domi suae inspicere vellem, quamque semel olim, vix a Fisco, detecto furto, recuperatam apud immortal. mem. Pium VI P. M. congestis, confusisque incondite in vimineo canistro, tanquam nullo in pretio habendis, praeter argentum tot exim. sacrae vetustatis reliquiis, dolueram magis Principi sic oblatam, quam videre, et examini subjicere potueram, cum ad ejus ergo domum me contulissem, ab eoque singula fragmenta num. non minus, quam

XV, ex quibus constabat laudata inscriptio, quaeque seposita apud se servabat, accepissem, eodem inspectante, atque adjuvante, ea, qua par erat diligentia simul aptanda, atque jungenda curavi. Quo facto integra emersit, apparuitque inscriptio cum Christi monogrammate in principio, duabusque literis in fine RI, quae cum praecedentibus conjunctae nullum dubitationi locum relinquebant, quod de CHRISTO interpretandae essent, quanquam tres reliquae desiderarentur, quae nomini ipsius Christi absolvendo inservire debuerant. Nam eo loco cum magna operculi portione, ejusdem quoque labri pars non minima modo periit, ac desideretur, ut videri potest in schemate Cl. Equit. d'Agincourt. In quo tamen ex invento modo Christi monogrammate patet non suo loco incipere inscriptionem, de qua agimus, sed lacunam relinquendam fuisse pro supradicto monogrammate. Obstupuit sane uterque nostrum, quod tam in principio, quam in fine apparuissent ea signa, et literae, quae Christianae acclamationis perspicuum adeo testimonium exhibebant, quaeque antea oculatissimos Viros latuerant. Sed ita res se habuit. Ipse vero, qui in ea semper fueram opinione, quod illa epigraphe pro Christiana habenda esset, de qua testem appello ipsum praeclariss. Virum de Schellersheim, indicium mihi praebentibus una cum acclamationis phrasi antiquis illis Christianae Religionis cultoribus adeo familiari, praepositione praesertim IN, et duabus sequentibus primis literis CH nominis CHRISTI, singularem in modum gavisus sum, quod meam conjecturam ex insperato mirifice adeo confirmari viderim.

Vt itaque habeas Erudite Lector monumentum, de quo tunc ipse testis, et scriptor extiti, Tab. XLI, sub lit. D. inscriptionem illam integram, ut ea in autographis fragmentis detecta, exhibere placuit. Addidi vero sub lit. A mancam illam, et imperfectam, quae primo vulgata, et tanquam profana illustrata fuerat; postremo sub lit. B, et C. addi-

tiones, quae in Tabula ornatiss. Equitis D Agincourt necessario extra ordinem inscribi debuerunt, edita jam ea Tabula antequam utraque extrema pars inventa esset. Quoniam vero, si excipias diurnas Ephemerides Romanas, nemo postea, quod sciam, cogitavit de asserenda scripto aliquo, ac vindicanda *Secundi*, *et Projectae* pia institutione, ac catholicae fidei professione, erunt haec pauca supplementi loco pro debito encomio, quo illustrem illam, nobilissimamque Familiam minime fraudandam fuisse jus, fasque omne postulabat.

De altera illustri femina, quae nomen quoque Projectae ferebat, quaeque in flore juventae civi Romano, nomine *Primo* in matrimonium tradita fuerat, eratque filia *Flori*, jam constabat ex veteri inscriptione metrica, quae jure S. Damaso Papae tribuenda, cujus nomen adhuc legitur in marmore, quod ex Ecclesia S. Martini, et Silvestri translatum fuit tempore recolendae mem. Benedicti XIV. in sacrum Museum Vaticanum, quod extat prope cubiculum appellatum: *Dei Papiri*. Ex laudatis autem versibus patet hanc pariter *Projectam* christiana pietate floruisse, quodque a tenera, primaque aetate eandem profiteretur, ex christiana quoque Familia ortum suum habere debuisse. En elogium S. Damasi Papae, quo commendari meruerat.

Projecta fuerat Primo, *quae juncta marito*
Pulchra decore suo, solo contenta pudore:

Et aliquot versibus interjectis, sequitur:

Aetheream cupiens Coeli conscendere lucem
Haec Damasus praestat cunctis solatia fletus.
= Vixit annis XVI. M. X. Dies XXV =
= Dep. Kal. Janu. Fl. Merobaude, et Fl. Saturnino Conss. =

Consulatus iste ex Fastis signat annum V. C. Varr. MCXXXVI, Ærae n. Vulg. CCCLXXXIII. Cum autem ex Annal. Ecclesiasticis Damasus elogii auctor decesserit anno mox sequenti, qui fuit Ærae Vulg. CCCLXXXIV, consentit equi-

dem, quod ille revera, ipso praeeunte Lapide, eos versus, ut de aliis pluribus similiter constat, confecerit, licet, immerito quidem, aliqui inventi sint, qui id in dubium revocaverint.

Quanquam autem idem sit nomen utriusque Projectae, tempus etiam plus minus consentiat, ad quod suppellectiles argenteae referri queant, locus denique, in quo metrica inscriptio posita fuerat, in Aede nempe sacra, ut jam innuimus supra, DD. Silvestri, et Martini, non longe distet ab eo Esquilini loco, in quo argenteus thesaurus repertus fuit, pro certo tamen habendum, quod una ab altera ex his duabus ejusdem nominis *Projectis* sit distinguenda. Fuit enim anterior illa versibus S. Damasi celebrata, ut paulò ante vidimus, marito conjuncta, cui nomen erat *Primus*, insuper vero nondum exacto XVI suae aetatis anno, atque ut ita dicam, nuptiis vix celebratis, ad Coeli gaudia conscenderat; nulla ergo ratione intelligi, aut fieri poterat, ut prius, vel postea alteri marito nomine *Secundo* jungeretur. Itaque binas habemus eodem nomine illustres Feminas, ac verisimiliter consanguinitatis vinculo, vel affinitate conjunctas, quae circa eadem tempora christianum nomen illustrarunt. Nam suppellèctiles argenteae saepe memoratae, etsi non omnes eandem aetatem redoleant, sunt enim aliquae miro artificio elaboratae, ut aureo Augusti saeculo convenire possint, inter quas videnda in primis patera, quae sub n. 21 exhibetur in Tab. laud. Eq. Agincourt; aliae etiam adhuc perfecti operis, et anteriora Constantini tempora referre videantur; quae tamen occasione nuptiarum *Projectae* cum *Secundo*, ut Arca, Ancillarum figurae etc. extructae fuerant, ex judicio quoque Peritorum ad supremum saeculi quarti finem, vel ad sequentis initia spectare dicendae sunt. Vt igitur concludam, praeter Projectam Damasi versibus commendatam, quae et ipsa, mea quidem sententia, illustris, et nobilis habenda, eo ipso,

quod a S. Damaso laudari meruerit, haec nostra, quae ex spectabili sane progenie orta, sed christiana pietate illustrior, caeteris merito ex nobilibus familiis Romanis erit adjungenda, quae primis illis felicissimis Ecclesiae temporibus, nec parvo sane numero, ut falso quidam sibi suadere videntur, sacrae Christi militiae nomen dederant.





Elegans hoc Tetrastichon necrologicum primus ediderat Pockokius, apud quem pag. 42 notatur inventum illud fuisse in Insula vulgari lingua graeca dicta Θιακη, olim Ithaca, in parva, quae vocatur Cephalenia. Deinde illud vulgavit anno 1785 egregius civis, et sodalis meus Clem. Blasius ex Museo Naniano, in quod transierat: *Monumenta Graeca* pag. 297. Est spectatae antiquitatis, sed post inventas literas, et in usum receptas Θ, Φ, Χ, quae in hoc marmore habentur. Servatur tamen in eo forma literae Γ pro Π cum hasta secunda breviori, ut in antiquioribus monument., ut in Deliaco Corsinii ex eodem Museo Naniano, et in nummis Insulae Cretae, nec non Vrb. Posidoniae, sive Paesti Lucaniae. Additur etiam in fine verborum non semel aspirata I. Quatuor fuere Viri Cl., qui suam apud Blasium interpretationem addiderunt; verum cum illi neque inter se consentiant, et a recta versione longe a-

bierint; ipse vero ob tantam cum Blasio necessitudinem pari cum amicitia conjunctam unus ex tribus haberi possim, qui in eo Lapide interpretando nomen suum reticuerunt, ac mihi quidem tetrastichon hujusmodi satis perspicuam explicationem admittere videatur, illud hoc loco exponendum duxi.

Praemittenda autem initio singulorum interpretatio. Primus est Jacobus Martorellius Graecarum literarum scientia, et eruditione praestantissimus, quo elogio merito eum commendat ipse Blasius, qui potestate sibi facta pro pluribus vocibus immutandis, sic illud exponendum, vertendumque putavit.

Τὴν τοία ψαμάτῳ δυσδάιμονα Ἡλιόδωραν
  Ὅς ποκ ἐν ἀμφιάλῳ πράϊος ἔνεθαψε.
Καὶ Βουλῇ καὶ χερσὶν τὴν τίμησε δὲ παιδὶ
  Ἔλλιπε καὶ Κτῆσιν. καὶ κλέος ἀθάνατον.

Hanc in tali arena infelicem Hliodoram
  Quisquis jam in littorea sepelivit
Et consilio, et operibus ipsam honoravit quidem. filio
  Reliquit et praedium, atque decus immortale

Ac metrice quoque sic exprimit

Hanc in arena vi fati functam Hliodoram
  Quicunque aequorea condidit ipse bonus
Consilio atque manu ipsammet coluit, pueroque
  Praedia tot liquit, perpetuumque decus.

Amicus alter ejusdem Blasii, sed anonymus non sine et ipse mutandi licentia, ita exhibet supradict. Tetrastichon:

Τήνω τοι τόδε σακά τὸν αἰνὸν ὠη Ἐνεῦδαν
  Ὅς πόκεν ἀμφιάλῳ πράτοσεν ἢ τι θάκα
Καὶ βυλᾷ καὶ χερσὶν ἔσαρε ἄτηλε ᾇδε παιδὶ
  Ἔλλιπε καὶ κτῆσιν καὶ κλέος ἀθάνατον.

Hic tibi hoc puravi (epitaphium) *ob laudem o Eneuda*;
  Quae tandem (laus) *terminavit, quasi esset aliquid simile sedi mari cinctae*,

Quaeque adolevit cum ipsa puella, dum tum prudentia,
tum operibus se purgabat.
Reliquit autem tum opes, tum gloriam immortalem.

Notat Blasius nimiam in lectione Martorellii licentiam, in hujus interpretatione obscuritatem, tum legum metricarum contemptum.

Sequitur tertius pariter anonymus in hunc modum:

Τηρεῖ τοι τό δε σᾶμα τὸν αἰνὸν Ὠ'νευενὐδαμ
"Ος ποκ' ἐν ἀμφιάλω κράτος ἔνετι θᾶκαι,
Καὶ βȣλᾷ, καὶ χερσὶν ἐς ἄρεα τίμλι δὲ παιδὶ
"Ελλιπε καὶ κτῆσιν καὶ κλέος ἀθάνατον.

Servo tibi hoc monumentum terribilem Oenevudam,
Qui quondam in littore robur Venetiae indidit.
Et consilio, et manibus ad Martem, Timli autem filio
Reliquit et possessionem, et gloriam immortalem.

Mutat iste τὸ λαΐνον in τὸν αἰνὸν, ἰθάκαι in θᾶκαι, sumit κρατος pro πρατος, denique ut alia omittam, legit ΤΙΜΑΙ, qua voce censet contineri nomen pueri, cui relictae opes.

Sed ad postremum veniamus, qui pariter anonymus sic habet:

Τήνω τοι τόδε σᾶμα τὸ λαΐνον ω......
"Ος μοκ' ἐν ἀμφιάλῳ πράτος ἔνετ'ιθάκᾳ
Καὶ βȣλᾷ, καὶ χερσὶν ἐς ἄρεα..... παιδὶ
"Ελλιπε καὶ κτῆσιν, καὶ κλέος ἀθάνατον.

Hoc quidem monumentum lapidem ejus......
Qui olim missus fuerat in Ithacam circumfluam
Et consilio, et manu......filio
Reliquit, et opes, et gloriam immortalem.

Iste prae caeteris voces singulas, demptis omissis, juxta autographum recte exhibuit, nam ubi legitur initio secundi versus μοκ', errore typographi factum puto, loco Ποκ'. Non aeque tamen prospere interpretationem adjecit, quae etiam manca, et imperfecta ob verba omissa, ut ex dicen-

dis palam fiet. Sed antea subjicere praestat praeclari hujus Τετραστίχυ singula ejus verba sine ulla mutatione, pro ut jacent in ipso autographo lapide inter se tamen distincta, ut uniuscujusque sensus requirit.

..ΤΗΝΩ ΤΟΙ ΤΟΔΕ ΣΑΜΑ ΤΟ ΛΑΙΝΟΝ ΩΗ ΕΝΕVΟVΔΑΜ
ΟΣ ΠΟΚ ΕΝ ΑΜΦΙΑΛΩΙ ΠΡΑΤΟΣ ΕΝ ΕΙΤ ΙΘΑΚΑΙ
ΚΑΙ ΒΟVΛΑΙ ΚΑΙ ΧΕΡΣΙΝ ΕΣ ΑΡΕΑ ΤΙΜΕΑΙ ΔΕ ΠΑΙΔΙ
ΕΛΛΙΠΕ ΚΑΙ ΚΤΗΣΙΝ ΚΑΙ ΚΛΕΟΣ ΑΘΑΝΑΤΟΝ.

Ad rectam porro ipsius intelligentiam, faciliorenique explicationem haec, quae sequuntur praenotanda existimo. Initio primi versus ob Lapidem parumper diffractum, deficiente margine literam unam modo desiderari oculis ipsis testibus fit manifestum. Prima enim litera T nunc in marmore perpendiculariter respondet primae lit. O subsequentis versus pentametri, ex quo sequitur in praecedenti versu aliquam literam in marmore olim extitisse, quae antecederet, ut in subsequenti mox tertio factum conspicitur. Supplendam itaque arbitror literam Σ, neque enim aliam invenio, quae apta mihi videatur ad eam lacunam implendam, legendumque esse ΣΤΗΝΩ, quod verbum ducitur ab ΙΣΤΗΜΙ, ΙΣΤΑΝΩ, ΙΣΤΑΩ, atque ab inusitato nunc ΣΤΑΩ, quod *pono statuo* significat. Apud Pollucem in Onomastic. ϛῆναι Ρίζας *radices ponere* sublata per aphaeresim lit. I in principio, et mutata lit. A in H dialecto Dorica, cujus usus manifestus in hoc saepe Tetrasticho.

Voces quae sequuntur ΤΟΔΕ ΣΑΜΑ ΛΑΙΝΟΝ procul dubio vertendae *Sepulcrum*, *vel monumentum Lapideum*, *sive marmoreum*, quorum exempla passim occurrunt apud veteres Lapides, atque Auctores, praesertim Poetas, ΣΑΜΑ vero Dorice pro ΣΗΜΑ. Apud Moschum Idyll. IV versu 44 in Epitaphio Bionis:

Ἱπτάμενος περὶ σᾶμα κινύρατο Μέμνονος ὄρνις.

Volitans circa sepulcrum lugubriter ploravit Memnonis ales.

Apud Anacreont.

Καρτερὸς ἐν πολέμοις Τιμόκριτος τοῦ τόδε σᾶμα.

Fortis in bello Timocritus, cujus hoc sepulcrum.

De ΣΗΜΑ autem pro ΣΑΜΑ, quod commune, unum hoc sufficiat exemplum apud Laertium Lib. IV in Arcesila:

ΣΗΜΑ ΔΕ ΓΟΙ ΤΟΔ ΕΡΕΞΕΝ ΑΡΙΦΡΑΔΗΣ ΕΥΔΑΜΟΣ.

Sepulcrum autem hoc illustre tibi fecit Eudamus.

De voce vero ΛΑΙΝΟΝ en quaedam exempla. In epigrammate Antipatri

ΛΑΙΝΟΝ ΑΣΣΥΡΙΗΣ ΧΩΜΑ ΣΕΜΙΡΑΜΙΔΟΣ

Lapideum Assyriae monumentum Semiramidis.

Apud Athenaeum Dipnos. Lib. IV.

ἱστὲ δ᾽ ἐπὶ λαϊνον ὐδὸν

Stetit autem super marmoreo limine.

Apud Euripid. in Electra versu 327:

. . . . ἐνθρώσκει τάφῳ

πέτροις τε λεύει μνῆμα λαϊνον πατρός.

Insultat sepulcro,

Saxisque pulsat monumentum lapideum patris.

Et apud eundem in Hercule fur. versu 1332 ait, Athenienses Herculis cadaver decorare velle:

λαϊνοισι τ᾽ ἐξογκώμασι.

Lapideisque tumulis.

Postrema vox nomen continet *Eneudami*, cui sepulcrum illud lapideum, sive marmoreum erectum fuit, ut jam ex ipsis vocibus praecedentibus explicatis clare patet. Simile fere nomen paulo ante attulimus ex Laertio, *Eudamum* nempe; plurima vero alia passim inveniuntur apud vetustiora cujusque generis monumenta, et Scriptores. In antiquiss. Lapide apud Furmontium Memoires d'Academie Tom. XVI nominatur ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ ΑΓΕΣΙΛΑΟΥ. In Psephismate Atheniensi apud Plutarch. mentio fit *Stratoclis* ΕΥΘΥΔΗΜΟΥ; ΠΟΛΥΔΑΜΟΣ vero inter socios recensetur, qui auxilia attulit contra Agamemnonem, caeterosque Graecos. Apud

Pindarum vero, quam saepe laudantur, qui victores extiterant affini hoc nomine. Olymp. Ode II, et III legitur ΤΡΕΠΕΙ ΤΟΝ ΑΙΝΗΣΙΔΑΜΟΥ *Decet filium Aenesidami*. Ode X, et XI versibus celebratur *Agesidamus*. Ode XIV *Cleodamus* Pyth. Ode IV *Euphamus*, X. vero *Alexidamus* etc. Vides ergo antiquitus hujusmodi illustrium virorum nomina in usu recepta fuisse. Positum autem est nomen illud vocativo casu cum apostrophe, veluti cum Defuncto loquens, qui sepulchrum erexerat, transiens deinde, ut videbimus, ad narrationem, cujus phrasis praeclara extant exempla, ut apud Homerum Ω versu 76:

ἐν τῷ τοι κεῖται λευκ' οσέα φαίδιμ' Ἀχιλλῆυ ?

In hoc (tumulo) *tibi jacent candida ossa illustris Achilles* !

Tum sequitur:

Permixtim autem Patrocli Menoetiadae demortui.

Separatim vero Antilochi, ὃ ἔξοχα τίες ἁπάντων, idest, *quem eximie honorabas omnium*.

Aliorum sociorum post Patroclum defunctum, et post pauca sequitur: *laudatum sepulcrum extruximus Argivorum sacer exercitus etc.*

Ita apud Virgilium Æneid. VI, versu 505.

Tunc egomet tumulum Rhoeteo in littore inanem
Constitui, et magna manes ter voce vocavi.
Nomen, et arma locum servant: te amice nequivi
Conspicere, et patria decedens ponere terra etc.

Cum Deiphobo inducitur Aeneas loqui, dum eidem suprema officia persolvit.

Praemittitur ΩΗ addita aspirata Η, ΩΗ ΕΝΕVOVΔΑΜ, quod apud Euripidem est adverbium vocantis, clamantis, dolentis, etc. Vid. Hen. Steph.

Atque haec de primo versu, ex quibus emergit nitidus sensus, ejusque recta versio, ut arbitror, in hunc modum.

Statuo tibi hoc sepulcrum lapideum o Eneudam ?

In secundo versu vox ΑΜΦΙΑΛΩΙ, ita docentibus singulis vocibus, ex quibus constat idem versus, non pro adjectivo, ut ab Interpretibus supra memoratis factum est, sed pro substantivo procul dubio accipienda. Nam initio habemus ΟΣ ΠΟΚ ΕΝ ante vocem ΑΜΦΙΑΛΩΙ, in fine legitur ΕΝ ΕΙΤ ΙΘΑΚΑΙ, praemissa metri causa, praepositione ΕΝ. ΠΟΚ initio, pro ΠΟΤΕ, significat *quondam*, *aliquando* etc. ΕΙΤ in fine pro ΕΙΤΑ, significat *postea*, *deinde* etc. Vtrobique additur praepositio ΕΝ, idest ΕΝ ΑΜΦΙΑΛΩΙ, ΕΝ ΙΘΑΚΑΙ. Vox ΠΡΑΤΟΣ, Dorice pro ΠΡΩΤΟΣ significandi vim habet *Princeps*, *Praeses*, *Dux*, *qui summam habet potestatem*, et similia. Igitur ut ΠΡΑΤΟΣ ΕΝ ΙΘΑΚΑΙ eum exprimit, qui in Insula, et Vrbe Ithaca ΕΙΤ *postea*, Dux, et Princeps extitit, sic ΠΡΑΤΟΣ ΠΟΚ ΕΝ ΑΜΦΙΑΛΩΙ illum ipsum exprimere debet, qui *quondam*, *antea* etc. primatum, similemque cum altera potestatem habuerit in *Amphialo*, sive Vrbs tantum, sive Vrbs, et Insula habenda sit. De singulis aliqua afferamus exempla.

In epigrammate Alexandri, Satyri, et Calliope fil. Corcyren., quod incipit ΜVΡΙ ΑΠΟΦΘΙΜΕΝΟΙΟ, in quinto versu haec habentur: τῶ πόκα λῃςὰς: *Quo quondam praedones* etc. In Florileg. lib. I. p. 608.

Πῆ ποκ' ἄρ ἦσθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο.

Et illud

Ἐν πότε παμφαίνοντι μελάντερος αἰθέρι νωμῶν
Σκορπίον etc.

In toto quondam fulgente niger aethere volans
Scorpium etc.

De praepositione vero ΕΝ, quae sejuncta praemittitur a voce, ad quam spectat, modo adverbio, modo adverbio, et conjunctione, modo insuper etiam interposito verbo, duo sufficiant exempla: Demosthenes pro corona ἐν γὰρ τῶ θεῷ, Moschus Idyll. 4. v. 44 Ἐν μὲν ἔην χρυσοῖο τετυγμένη Ιναχὶς Ἰώ. *Inerat autem ex auro facta Inachi filia Io*. Vbi

vides praeposit. Eν non modo anteponi alteri μὲν, verum etiam verbo ἐπν. Nihil ergo luculentius desiderari potest, quam ut ex duplici adverbio ΠΟΚ, et ΕΙΤ, atque ex iterata praepositione ΕΝ utrobique, nempe ΕΝ ΑΜΦΙΑΛΩΙ, ΕΝ ΙΘΑΚΑΙ in secundo versu duplex substantivum agnoscere oporteat, et quemadmodum in secundo certum est exprimi, et designari Ithacam Insulam, ejusque Vrbem Vlyssis natalibus illustrem; ita in primo aliam Vrbem, et forte etiam Insulam nomine *Amphialum*.

Affine huic Amphialo nomen habet *Anchialus* graece ΑΓΧΙΑΛΟΣ Vrbs Thraciae ad Pontum Euxinum, cujus extant nummi inscripti ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ. Strabo eam vocat, ΑΓΧΙΑΛΗ πολίχνιον Απολλωνιάτων, quae erat Vrbs praecipua Thraciae. Ad idem nomen accedunt alia quoque loca, Vrbes, et Oppida, ut ΑΙΓΙΑΛΟΣ inter Sicyonem, et Buprasium apud Steph. Aegialus alter Ponto vicinus locus post Carambim promontorium, habens vicum ejusdem nominis teste laud. Steph. de quo Homerus Iliad. 2. Κρωμνάν τ' Αἰγιαλόντε: *Cromnamque Aegialumque*. ΑΜΦΙΜΑΛΛΙΟΝ denique Vrbs Craetae, cujus civis ipso Steph. teste *Amphimallieus*, et *Amphimallius* dictus. Vt igitur de his Vrbibus, locisque recte dativo singulari diceretur ΕΝ ΑΜΦΙΜΑΛΛΙΩΙ, ΑΓΚΙΑΛΩΙ, ΑΙΓΙΑΛΩΙ, ita etiam recte in nostro Tetrasticho scriptum ΑΜΦΙΑΛΩΙ.

Quod vero attinet ad hujus Vrbis, vel Insulae locum in obscuro equidem versamur, de ejus sede, et nomine, quoniam de eo silent Geographi. At vero quis ignorat tot Insulas antiquitus evanuisse, Vrbesque extinctas penitus, ut nulla modo superesset memoria, nisi ex terrae visceribus eruerentur Lapides, et Numismata, quae nobis de illis mentionem facerent. Paulo ante pag. 165 descriptum invenies nummum *Hieropolitarum*, de qua Vrbe nulla plane mentio extat apud Geographos, atque ignoraremus plane tam ejus nomen, quam locum, ubi quondam sita esset, nisi in hu-

jusmodi nummis adderetur figura, et inscriptio *Pyrami fluvii*, ex quo jure infertur ad Ciliciam spectasse. Plura alia exempla invenies apud Numismaticos, et in hisce quoque libris. Certum autem praebent hujusmodi numismata testimonium ad Geographiam augendam, et illustrandam. De Insulis quoque, quae etiam fama celebres extiterunt, quis nostrum dubitat, alias desertas plane jacere, ut vix nomen antiquum retineant, aliarum vero certo constare, quod plane interierint? Sufficiat exemplum apud Virgilium lib. 2 Æneid. Inquit enim:

Est in conspectu Tenedos notissima fama,
Insula Dives opum dum Trojae regna manerent,
Nunc tantum sinus, et statio male fida Carinis.

Plinius vero e contra de Insulis subito enatis, ut de Delo, quae sic dicta constat, lib. 2. cap. 88 scribit *Statinas aquas, et Insulas in Campania subito terrae motu enatas*, de quibus etiam Statius Lib. 3. Sylvae Carm. V.

Aenariaeque lacus medicos, Statinasque renatas.

Ithaca ipsa tam celebris Vlyssis natalibus nunc non modo jacet, sed etiam apud Geographos ejus incerta sedes; aliis enim est ea, quae nunc vocatur *Valle di Compare Graecis Thiachi*, circuitus 20 milliar. Sed alii existimant Ithacam Insulam esse, quae vocatur *Iathaco* minoris multo circuitus, nempe octo milliarium in iis viciniis, quae plane modo deserta; huic autem convenire potius videntur, quae de ea habet Tullius scribens: *Ithacam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam fuisse, quam tamen patriam suam sapientissimus vir Vlysses immortalitati anteponeret.*

De sede autem, in qua constituenda videatur *Amphialus* nostra, inanem minime esse arbitror conjecturam, si praeeunte Strabone non longe a Promontorio *Amphiala* eandem sitam fuisse statuamus. Haec enim habet lib. IX. *In Salaminiaco littore Attici soli, et Megarici confinia jacere contigit duos colles, quos cornua vocant. Dein Eleusia Vrbs,*

deinch Thriasius campus, et ejusdem vocabuli ripa, et Populus. sequitur vero εἶθ' ἡ ἄκρα ἡ ἀμφιάλη, ϰ τὸ ὑπερκείμενον λατόμιον, idest *dein promontorium Amphiale, cui supereminet Latomia, nempe lapidum excidendorum locus, et sinus freti ad Salaminem, quem cum Xerses injecta terra exaggerare conaretur, praeoccupante praelio navali fugam cum Persis capessere coactus fuit*. Plura antiquitus erant Oppida, et Vrbes, quae circa radices alicujus Promontorii eodem nomine vocabantur, ut Lilybaeum Vrbs Siciliae ad Promontorium ejusdem nominis a Romanis excisa. Aliae ferebant idem nomen cum Insulis, ut Zacynthus, Corcyra, Rhodos etc. Quod *Amphialus*, sive Oppidum, sive Insula cum Oppido aliquando extiterit jam supra probatum est; quod non longe abesse debuerit ab Ithaca, quam Eneudamus deinceps summa cum potestate tenuit, forte ejusdem civis, eo quod Lapis, de quo agimus, ibidem repertus fuerit, probabili conjectura inferre licet, cum et Promontorium ejus fere nominis in iis proxime regionibus ex allato Strabonis testimonio situm esset. Paulo supra ex citato Strabone vidimus eandem Vrbem, quae ΑΓΧΙΑΛΟΣ nominatur, ab eodem ΑΓΧΙΑΛΗ appellari, ita de aliis pluribus extant exempla, in quibus modo ΟΣ mutatur in Η, modo Η in Α. Itaque quid simile de nostra Amphialo merito cogitare licet. Vlyssem Heroicis temporibus summam in patria sua rerum potestatem obtinuisse, eandemque etiam exercuisse in Insulis Zacynthi, et Cephaleniae ex veteris historiae monumentis explorata res est. Itaque mihi facile persuadeo, et *Amphialum* in eisdem regionibus sitam fuisse, quondam habitatoribus frequentatam, cui regendae Princeps, Praeses electus fuerit Eneudamus noster, postea vero ex rerum humanarum vicissitudine interierit, quin ulla modo extet memoria, ut de pluribus aliis certo constat. atque etiam exempla superius attulimus. Nihil denique attinet dicere de voce, quae in eo secundo versu reliqua est ΠΡΑΤΟΣ, quae

Dorice eadem est, ac Πρῶτος, quaeque ut notum est, significat, qui primum locum tenet, qui praest, summam habet potestatem etc. Genuina igitur, et ad verbum hujus pentametri versio ex demonstratis esse debet:

Qui quondam in Amphialo Princeps, Praeses, deinde in Ithaca.

Nihil, vel parum difficultatis offert postremum Distichon. Nam illud ΕΣ ΑΡΕΑ, ἐς quidem poetice pro Εἰς, Ἄρεα vero ab Ἄρης, quod Martem non modo significat, sed pro praelio etiam, et bello latine, et recte accipitur. In foedere Smyrnaeorum, et Magnetum Lydiae pro salute Seleuci II Regis, quod attuli jam in Dissert. de Numismate Ciceronis pag. 81, tam Smyrnaei, quam Magnetes jurant *per Terram, Solem*.. ΑΘΗΝΑΝ ΑΡΕΙΑΝ *Minervam Belligeram*. Et in meo Nummo Antonini Pii, quem in serie Imperatorum reperies sub Epheso, nominatur ΑΘΗΝΑ ΑΡΗΑ, et in altero Atheniensi Urbico fit pariter mentio ΑΘΗΝΑΣ ΑΡΕΙΑΣ. Quod vero sequitur verbum ΤΙΜΕΑΙ cum aspirata I in fine, ducendum puto a Τιμάω: *honoro*; sicut autem Jonice dicitur Ὁρέω pro Ὁράω, de quo vide Henric. Steph. in Lex., et apud Herodot., ita et Τιμέω pro Τιμάω, passive Τιμέομαι. Itaque Τιμεᾷ, pro Τιμεῇ secunda persona praesentis passivi, sive indicativi, sive subjunctivi, Dores enim utuntur subjunctivis pro indicativis. Si sumatur igitur in praesenti passivo, sic verti poterit: *in laude versaris*, *honore afficeris*, etc. Poterit etiam commode reddi imperfecto passivo, quod est, ut Grammatici appellant praesentis extensivum: *in honore habitus eras*, *in omnium ore*, *et fama versabaris*, et similiter. Denique dum subjungitur ΔΕ ΠΑΙΔΙ ΕΑΛΙΠΕ per mimesim factum est, transeundo ad aliam personam, quod Homero non infrequens, ut vidimus jam in ejus versibus supra de sepulcro Achillis: ἐν τῷ τοι κεῖται etc. Caetera in eodem disticho nitida sunt, et perspicua. Quare praeclarum hoc Tetrastichon non aliam interpretationem ex-

poscere puto, quam quae sequitur, et ad verbum quidem sic:

Statuo tibi hoc sepulcrum lapideum o Eneudam?
Qui quondam in Amphialo Praeses, vel Princeps, deinde in Ithaca.
Consilio, atque manu in bello in honore habitus es, vel habebaris; filio vero reliquit, et opes, et gloriam immortalem.

Quae etiam versibus ita reddi posse arbitror:

Hoc Tibi marmoreum statuo Eneudame sepulcrum?
Qui quondam Amphiali, Praeses, et inde Ithacae,
Consilio, atque armis praestanti laude refulgens,
Liquit opes nato, perpetuumque decus.

Atque in allatis hactenus tricis grammaticalibus diutius immorari necesse fuit, ut interpretationis meae rationem redderem, quoniam mihi dissentiendum erat ab egregiis illis Quatuorviris, quos initio memoravi, quosque in interpretando eo Lapide in ambages, syrtesque conjectos fuisse existimo, eo quod non animadverterint in principio statim Τετραςίχυ lacunam, quae conspicua est, unamque in ea literam supplendam requirit; tum vero quod putaverint vocem ΑΜΦΙΑΛΩΙ in secundo versu pro adjectivo sumendam esse, cum sit substantivum Vrbis, et verisimiliter etiam Insulae *Amphialos* nomine, aeque ac erat Ithaca.

Non erit abs re hoc postremo loco quaedam adnotare de orthographia, qua scribuntur aliquae hujus Lapidis dictiones. Articul. *το* in primo versu sic scriptum *ϟο*; elementum autem illud accedit ad similitudinem Jod Hebraici ל, differt tamen ob angulum acutum, cum literae Jod inflexio sit curva, non acuta. Vide, ut caeteros omittam, Catalog., et Alphabet. apud Eckhelium Tom. III D. N. Vet. pag. 404. Ejus formam plane aequalem potius invenies in cit. jam supra celebri, et antiquissima inscriptione pariter Naniana a praestantissimo Eduardo Corsinio egregie illustrata in

Dissert., cui titulus: *Spiegazione di due antichissime Iscrizioni Greche stampate in Roma* An. 1756. In prima enim quae continet elegans Distichon, saepe legitur sic ΠΑϟ, ΔϟΟΜ, ΜΟϟ etc. pro ΠΑΙ, ΔΙΟΣ, et ΣΟΙ, idest *Fili*, *Jovis*, *Tibi*, ex quo patet eam lit. habere potestatem significandi nostrum I, consentiente cum cl. Corsinio, Hieronymo Franc. Zanetti primo earum Inscriptionum editore, et interprete. Reperta fuit ea Inscriptio, de qua sermo est, insculpta columnae striatae marmoris Parii in Vrbe, et Insula Delo, quae, ut obiter hic animadvertam, prima extitit Insula, quae Diluvii Ogygis tempore inter alias ab aquis emersisse scribitur a Plinio, ac propterea ab ea manifestatione appellata Delos. Vide supra ubi de Insulis subito enatis, vel submersis locuti sumus. Praeeunte igitur Disticho Naniano etiam in nostro lapide lit. s. s. ϟ interpretanda videtetur de latino I. Sed vetat sensus dictionum, quae praecedunt, quaeque subsequuntur ΤΟΙ ϟΟΔΕ ΣΑΜΑΛΑΙΝΟΝ, quae clare indicant elementum illud interpretandum esse de litera T: *Statuo Tibi hoc sepulcrum Lapideum* etc. Vbique in hoc Tetrasticho lit. I scribitur communi forma, sicut etiam Α, ut neque de ea suspicio oriri possit. Concludendum itaque ibidem, vel admittendum esse σφάλμα Lapidarii Artificis, aut duplex concedendus modus scribendi lit. T ab Ithacensibus in usu habitus, ubi marmor insculptum, quod ibidem repertum. In nostra quoque lingua latina, quam saepe, non eadem servatur forma uniuscujusque scribendae literae, id saepius etiam factum a Graecis, ut ex plurimis ejus linguae alphabetis eruitur. Exemplum esto ex ipsa Ithaca Vrbe depromptum. In nostro Lapide perpetuo scribitur K communi scribendi more. In meo autem eximio Vlyssis nummo, quem vide Lib. I. in Serie Pop. pag. 202 nomen Vrbis Ithacae diversa plane ratione scribitur elementum, quod in Lapide est, ut diximus, K commune, in nummo enim legitur ΙΘΑ⊧ΩΝ, ubi vides duplici

lineola orizontali, et parallela transversa scriptum illud elementum, quod lit. K significandae inservit. Atque haec de lit. supradicta ϟ.

Postrema litera in eodem versu ʌ cum hasta secunda breviori, et obliqua, prima vero ejus linea recta, et perpendicularis, esse nequit Λ, quae semper in Lapide lineis aequaliter diagonalibus, et inter se distantibus scribitur. Dicenda potius scripta in nexu, ut conjuncta cum praecedenti A, simul exprimat AM, quod non infrequenter in nummis etiam occurrit, sicut in Indicibus horum Librorum videri potest.

Error autem Lapidarii Artificis manifestus, ubi initio tertii versus legitur ΚΑΙ pro ΚΑΙ. Denique in Pentametro sequenti prima vox ΕΛΛΙΓΕ scribitur geminato ΛΛ metri causa, cujus frequens usus Poetis. In Disticho Naniano Deliaco apud Corsinium in fine Pentametri legitur ΤΕΛΕΜΜΕ ΤΡΟΓΗΟΝ pro ΤΕΛΕΣΕ ΤΡΟΦΟΝ.

Hisce conscriptis, eadem qualiacunque essent, tradidi praestantissimis aliquot Viris graecae linguae peritissimis, ut de mea interpretatione quid sibi videretur, quidque sentirent libere proferrent. Summopere autem gavisus sum, quod illi mecum consentientes invenerim, scriptoque etiam significaverint: sibi videri *me verum sensum, veramque marmoris lectionem assecutum esse*. Id autem praecipue affirmabant de duobus primis versibus, in quibus potior difficultas sita erat: de levibus vero quibusdam mutationibus, quas egregii illi viri in primo versu faciendas proponunt, quae sensum non immutant, nec turbant opportunius dicemus infra.

De tertio tamen versu, et de voce ΤΙΜΕΑΙ in eodem, aliter quam ego, se sentire fassi sunt praestantes illi Viri, eamque dictionem interpretandam potius censere de Eneudami defuncti filio, ejusque nomine proprio, quam de verbo, quo ipse Eneudamus in honore habitus significetur.

Quam quidem difficultatem, nec levem, nec contemnendam esse fateor. Sed antequam de ea dicam breviter mihi liceat exponere causas, rationesque, quae me impulerant, ut aliter sentirem. In comperto est non tam ex Platonis praeceptis, quam re ipsa docente: Monumenta, et Lapides Necrologicos, qui cuique vita functo rebus in vita praeclare gestis constituantur, peculiare, propriumque ipsius elogium continere debere. Hoc admisso principio mihi videbatur ab hoc Lapide, de quo sermo est, abesse quidquid ad Defuncti elogium designandum pertineret, nisi vox TIMEAI de verbo, non de nomine explicaretur. Praeterea singulorum versuum hujus epigrammatis nitidum, rectumque sensum in suspenso manere, si ea dictio TIMEAI de nomine accipiatur. Per partes singulos quosque versus ad examen revocemus.

Primus versus unice refert monumenti dedicationem Eneudamo factam ab eo, qui sepulcrum posuit, quique cum eo veluti sermonem instituens, illud eidem erectum, consecratumque indicat. In eo igitur versu nullum defuncti elogium continetur.

Versus secundi, et tertii usque ad vocem TIMEAI, haec est interpretatio ad literam:

Qui quondam in Amphialo Primus, vel Praeses, ac deinde in Ithaca.

Et consilio, et manibus in bello, sive praeliis.

Nullum sane hic verbum, quod sensum regat praecedentium dictionum, nullum insuper verbum, quod exprimat proprium Defuncti elogium. Equidem pronum est, ut subintelligatur *fuit*, *fuisti* etc. Sed id prodesse quidem poterit ad nectendum, regendumque sensum praecedentium dictionum; nihil autem adhuc expressum video, quod ad proprium Eneudami encomium referri queat: Quod enim Defunctus summa cum potestate praefuisset, primo quidem in Amphialo, ac deinde in Ithaca, tum etiam res, tam pacis,

quam belli administrasset, per se talia sunt, ut non modo in ejus laudem, verum etiam in ipsius infamiam, et vituperium redundare possent. Quot enim extitere Praesides, Rectoresque in administratione Civitatum, vel Provinciarum injusti, scelesti, rapaces, unoque verbo insignis improbitatis, ut Verres Siciliae Praetor. Non ergo Praesidis dignitas, sed probitas, continentia, integritas, etc. sunt ornamenta dignitatis, quae laudem merentur, et encomium. Exemplis id magis perspicuum fiet. Superius versum attulimus ex Anacreonte, cujus haec versio, ut ibidem

Fortis in bello Timocritus, cujus hoc sepulcrum

In hoc unico versu omnia clare, et nitide continentur, quae ad elogium, et ad sepulcrum Timocrito erectum pertinent; et in eo subintelligitur quidem verbum *est*, nempe: *cujus hoc est sepulcrum*; subintelligi autem non posset, quod ad laudem, et encomium ipsius proprium spectaret, nisi versus eo adjectivo inciperet Καρτερὸς ἐν πόλεμοις. Homerus in versibus pariter supra allatis sepulcrum describens Achillis, cujus solum nomen pro quolibet elogio accipiendum, tamen non omittit eum laudare adjecto titulo Φαίδιμ' *illustris* in vocativo pro Φαίδιμε, ut in nostro Epigrammate Ε'νεόυδαμ' pro Ε'νεόυδαμέ. Sed ad rem nostram praecipue faciunt ejusdem Homeri versus Iliad. A. v. 76, et seq. Nam cum Calchas Testorides augur ab Achille jussus fuisset iram Apollinis enarrare, ob quam peste, ejusque sagittis magna hominum vis in castris peribat, petiit ille ab ipso Achille, ut juraret sibi propensum fore, sic autem inquit

μόι ὄμοσσον
Ἦ μέν μοι πρόφρων ἔπεσιν, καὶ χερσὶν ἀρήξειν.
mihi jura
Omnino te mihi propensum verbis, et manibus opem laturum.

Similes plane hic habemus dictiones, ut in Eneudami Epigrammate; ubi enim in eo legimus ϰ̀ Βυλῇ ϰ̀ χερσὶν,

hic ἔπεσιν ϗ χερσίν. Cum autem in nostro Lapide nec ante eas voces, nec postea ullum verbum supersit, quo praecedentium sensus nectatur, simulque intelligatur aliquid additum, quod laudem contineat, exprimatque Defuncti elogium, si de nomine filii dictio TIMEAI accipienda sit, ut etiam supra jam notatum est; e contra in recitato Homeri versu. licet sufficere potuisset vocabulum πρόφρων ad sensum praecedentium nectendum, Homerus tamen id non satis habuit, sed addidit ἀρήξειν, quo integra magis praecedentium, et perspicua habetur connexio. Haec itaque, aliaque plura similia exempla me impulerant, ut interpretationem vocis TIMEAI de verbo praeferrem.

Videbam equidem hoc posito conjunctionem ΔΕ, quae copulativa, a Grammaticis appellatur, solitariam remanere ante immediate sequentem ΠΑΙΔΙ, quod ab usu communi, et graeca syntaxi alienum; qua de causa praestantes illos Viros, quos consulueram, vocem illam, de qua quaestio, non immerito de nomine potius interpretandam existimasse puto. Sed quaeso quot sunt inusitatae, ac inauditae voces, et loquendi modi in novis, quae non infrequenter deteguntur monumentis graecis, quae tamen repudiari nequeunt, nisi abjicienda sit quaelibet eorum interpretatio. Quod praecipue admittendum de Poetis, ne exceptis quidem latinis, quorum licentiae fines quam late pateant nemo ignorat. In hoc ipso Lapide primum illud verbum ΣΤΗΝΩ inusitatum certe, novumque haberi debet; sed egregii quoque illi Viri, quos non sine laude saepe commemoravi, nullum aliud invenerunt, quod aptius substitui posset. De substituendo futuro ΣΤΗΣΩ, quanquam nihil obesset, haud equidem assentiendum puto. Neque enim tam facile adscribendi errores Artificibus Lapidariis, cum pro certo habeam ab ipsis Auctoribus, vel ab aliis viris doctis hujusmodi elogia inspici, et emendari consuevisse, nec admittendum sit cum ageretur de publicis monumentis edendis, nullam curam su-

Ff

sceptam fuisse, ut castigate, recteque inscripta emitterentur. Si de literis A pro Α, de O pro Θ, et similibus sermo esset, facilius acquiescerem: de Σ pro Ν, quae nitide legitur nulla suspicio jure admitti potest. Absonum pariter quid sonat in eodem nostro marmore ea transpositio ΕΝ ΕΙΤ ΙΘΑΚΑΙ, sed sensus eandem admittendam suadet, consentientibus Viris supra laudatis. Dedimus jam quaedam hujus generis exempla, quibus illud unum addere lubet ex cit. Alexandri Satyri fil. Epigrammate, in cujus primo versu legitur: τάφῳ περὶ τῷ δὲ, quod ad lit. vertendum *Sepulcrum circa hoc autem*. Quid ab auribus magis abhorrens, et male sonans?

De metro quoque primi, et tertii versus Lapidis nostri plura essent dicenda, nam si communes metricas leges attendas, syllabis uterque abundat, quae tamen admittenda ex Archilochi placitis. De quibus ne hic plura commemorem consulantur doctissimi Viri Brunchius, Koen, aliique recentiores, apud quos plura hujus generis exempla reperies, ac nominatim de sepulcralibus Inscriptionibus, ut adeo non semel miram obscuritatem afferant, nec facile solvendam. Atque instar omnium innumere satis sit celebrem Inscript. ex Anthol. de Cefal.: μνασαλκὸς τὸ σᾶμα etc. de qua tam multa scripserunt laudat. Brunchius, aliique, ut jam praeclariss. Barberinae Bibliothecae Praefectus animadverterat. Quid simile dicendum videtur de nostro Epigrammate necrologico, ut patet ex Blasii Interpretibus, et jam ex aliis praestantissimis Viris accepi, quos cum consuluissem fassi sunt Epigramma istud nodos offerre ambiguae, difficilisque explicationis. De quo demum nec ego ipse, qui nihil mihi sumo, punctum tulisse dixerim, sed interpretationem, quae propius ad sensum accedere videretur quoquomodo expromere conatum esse. Atque ut tandem concludam, ea paulo ante notanda duxi, ut laud. sapientissimis Viris satisfacerem, quorum scientiam in hac lingua plurimi facio. Nam

de levibus mutationibus, de quibus initio dicendum innui infra, jam de voce ΣΤΗΣΩ satis dictum, de mutando vero nomine Ἐνευδάμε! in ΕΝΕΥΘΥΔΑΜΕ mihi perinde est, cum sensum non turbet, ac supra memoraverim ex Plutarcho ΕΥΕΥΔΗΜΟΝ. Ex eorum quoque sententia metricam versionem hic subjicere non omittam, quae ad filium Eneudami referatur. Quod nomen affine celebri Timaeo Locrensi philosopho, cui Plato libr. de *Creatione Mundi* dedicavit, quem Cicero in latinum deinde vertit, atque de *Vniversitate* inscripsit. Affinia etiam sunt nomina Aeneas, Nicias, Gorgias, Thraseas etc. Itaque versio haec esse poterit:

Hoc tibi marmoreum statuo Eneudame sepulcrum!
Is quondam Amphiali Praeses, et inde Ithacae
Armis, consilioque fuit, Timeaeque reliquit
Nato divitias, atque perenne decus.





DE IMAGINE M. TVLLII CICERONIS

IN NVMMO MAGNETVM LYDIAE

AD CL. CVSINERIVM BREVIS RESPONSIO

Revocat me iterum ad numismata praeclariss. Cusinerius sua epistola ad me data, editaque in Promptuario Encyclopaedico Gall. anni 1808, qua in disceptationem, quaestionemque vocandam censuit imaginem M. Tullii Ciceronis, quae in eximio Magnesiae nummo conspicitur, cujus ipse incorruptam vetustatem fuse asserueram in mea Dissert., quam typis Romanis vulgaveram anno Ærae Vulg. MDCCCV. Non in eo modo versatur quaestio utrum, nec ne nummus ille pro genuino habendus sit; id enim Cusinerius pro certo semper tenuit, sed unice de ipsius Ciceronis effigie, quam adscribendam censet Julio Caesari Dictatori, affirmans tamen nomen circa ambitum imaginis inscriptum ad eundem Ciceronem pertinere, ac de *Patrono* accipiendum esse, quo munere functus fuerit apud Jul. Caesarem pro Magnetibus.

Cusinerii epistola ad me data in hunc usque diem in meas manus nunquam pervenerat, de eaque adhuc in obscuro versarer, nisi optimus Amicus meus, idemque eruditione praestans Franc. M. Avellinus in sua secunda Ephemeride hujus anni 1810. ad me humaniter, ut assolet, transmissa brevem Cusinerianae Epistolae descriptionem invenissem. Quae res in causa extitit, ut iterum calamum sumerem, properantibus jam ad finem de selectis Nummis Musei nostri illustrationum libris.

Gratulor itaque in primis, quod antiquitas Magnesiani nummi pro re jam certa, et explorata habeatur, consentientibus una cum Cusinerio tot aliis praeclariss. testibus in arte nostra peritissimis, quos in praefata mea Dissert. memoravi. Modo igitur de quaestione proposita disseramus. Ad eam autem tutiori via, eademque magis perspicua definiendam opportunum duxi in fronte praemittere, tam M. Tullii Ciceronis, quam Jul. Caesaris effigies, quas ex ipsis apographis plumbeis a laud. Cusinerio olim acceperam; ex ipso autographo nummo Ciceronis, quem apud me diu retinueram, antequam ad Museum Classense Monasterii mei Ravennatis postea cum aliis pluribus selectis misissem, exquisita diligentia exprimendas curavi, in quo Artificem punctum omne tulisse artis nostrae peritissimi, atque etiam Pictores hic Romae, cum haec scriberem mihi ingenue testati sunt. Conferant itaque rogo, Viri, qui in judicio ferendo praestant, iidemque nullo partium studio abripiuntur, utrum eadem in utroque nummo effigies agnoscenda sit, an vero unam ab altera plane diversam fateri oporteat. Praevideo sane quale judicium expectandum sit, quemadmodum jam singuli, quos consului mihi praenunciarunt, ne hilum quidem dubitandum oculis ipsis testibus, certum, et evidens inter utramque effigiem discrimen intercedere. Quod si res ita se habet, controversia omnis finem habet, ac de rediviva rursus disertissimi Romanae Reipublicae Oratoris

imagine gratulandum. Eruditum amicum meum Cusinerium, qui Museum suum Smyrnae reliquerat, cum in Galliam reversus esset, non potuit de utroque nummo, ut puto, ἀκριβῶς comparationem instituere, quod si facere potuisset, non dubito, quin suam ipse sententiam abjecisset.

Sed breviter modo expendamus difficultates, et dubia a cl. Cusinerio proposita, ut in cit. Ephemeride afferuntur pag. 60. Credibile non esse putat primo loco, quod Magnetes Ciceronis Clientes nummum signare voluerint sub Augusto, qui in Triumvirorum proscriptione de Cicerone interficiendo consenserat. Sed jam responsionem praeoccupavit laudat. Avellinus, qui notat pace per Augustum ubique parta, et sublato Antonio, odia, simultatesque omnes inter cives extinctas fuisse. Adde vero Augustum statim ab Actiaca victoria omni studio beneficia contulisse Marco Filio, atque ut scribit Appianus: *victo ad Actium Antonio, quo averteret a se Ciceronis proditi dedecus, M. Tullium ejus filium Augurem fecit, et paulo post Consulem, postremo Syriae Propraetorem, et literas de profligato per Caesarem ad Actium Antonio Cicero Consul recitavit pro concione, earumque exemplum pro rostris proposuit, ubi Patris ejus caput olim propositum fuerat.* Hoc testimonium Appiani jam in mea Dissert. allatum, iterum hic referre placuit, quoniam nihil eo luculentius, ut pateat Augustum Ciceronem patrem in magna semper existimatione habuisse, nihilque omisisse, ut maculam detergeret, quam contraxerat de prodito, licet acerrime, et post tres dies, quibus eum eripere studuerat, praestito consensu pro eodem interficiendo. Vide plura alia de his in cit. Dissert. pag. 64, et seq. Quae autem de honoribus, ad quos evexerat Augustus Ciceronem filium, ut etiam Collegam sibi assumeret in Consulatu, dicta sunt, initium habuerant ex Id. Septembris A. V. C. DCCXXIV, quem signant Fasti Consulatus Augusti cum

Cicerone filio, circa vigesimum annum, antequam idem Cicero filius Praetor Asiae min. constitueretur.

Quod autem additum est de Patronatu Ciceronis pro Vrbe Magnesia apud Iul. Caesarem, egregie pariter conjecturam hanc refutavit laud. Avellinus, firmiori sane ratione, quam qua proposita fuerat. Vide cit. loc. Accedit praeterea, quod etiam ea admissa nihil conferre potest ad probandum, quod effigies in nummo sit Iulii Caesaris non autem Ciceronis. Quin immo cum illud nomen nominandi casu inscribatur, potiori jure ad Ciceronem referendam esse imaginem, ut tot aliae pariter in nummis viros illustres exprimunt, quorum nomina semper eodem nominandi casu inscripta leguntur, ut Cn. Pompejus in Pompejopolitarum adversa, Hippocrates, et Xenophon Medicus in duabus Coensium, ut in aliis Euclides, Plato, etc., secus ac factum fuerit de iis, sive Praetoribus, sive Proconsulibus, sive Patronis, quorum nomina gignendi casu scripta inveniuntur, vel cum adjecta praepositione ΕΠΙ, et similibus.

De conjectura vero mea, quod nummus Magnesianus signari potuerit, cum M.filius Provinciam Syriae administraret, vita functo jam Patre ante trigesimum circiter annum, sentiat Cusinerius, ut libet, ut lubet; si non arridet, seligat posterius aliud quodlibet tempus, quo signatum velit hujusmodi nummum, perinde est, cum enim sit indubiae fidei, aliquo profecto tempore signari debuit. Sed haec quid prosunt, ut vel probabili tantum ratione definias imaginem esse potius Iulii Caesaris, quam Ciceronis Oratoris?

Displicet modo quod in justam reprehensionem vocare debeam, quae sequuntur in ejus Epistola. Subdit enim paulo post, atque affirmat, quod epigraphe ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΤΩΝ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ non invenitur in nummis ejus Vrbis, nisi anteriori tempore, quodque praecesserat Augusti imperium: ita in laudata Ephemeride pag. 61. Nihil enim tam

falsum, quam quod hic asseritur. Nam ante Augustum nulli inveniuntur nummi Magnetum cum ea epigraphe, nulli prorsus signati quocunque modo, dicatique Iulio Caesari Dictatori. Incipiunt illi ab Augusto ipso, progrediuntur ad ejus nepotes Cajum, et Lucium, ad Liviam, ad Tiberium, Germanicum, et Agrippinam, et in subsequentes alios Imperatores: unus etiam editus jam fuerat inter primos Mamaeae apud Tristanum, apud quem videndus. Relegat quaeso Amicus meus Cusinerius Dissert. meam a pag. 37 ad 40, ut sibi suadeat de errore, in quem abreptus fuit, illud insuper subjiciens: *quod nummi, qui Augusto, ejusque successoribus deinceps signati fuerunt nullum addant articulum*, quasi vero articulus ΤΩΝ, si de eo intelligit loqui, ad aliquam probationem faciendam prodesse possit. Modo enim in nummis, raro quidem elegantiae causa adjicebatur, ut aliis exemplis constat, modo vero, et frequentius quidem omittebatur. Adeat quaeso lib. n. de Vrbibus Autonomis pag. 242, et Tab. IX lib. I. n. 79, ubi inveniet binos meos anecd. Nicopolis Epiri, qui sic inscribuntur: ΝΕΡΩΝΟΝΙΚΟΠΟΛΙΣ Η ΠΡΟΣ ΑΚΤ cum protome Victoriae, et in posteriori parte ΝΕΡΩΝΟϹ . . . . . ΕΒΑϹΤ, et supra navim Praetoriam scriptum ΕΠΙΦΑΝΙΑ. Titulus Η ΠΡΟΣ in hoc unico Nicopolis adest, in nullis aliis praeterea magna copia vulgatis. Quemadmodum etiam nunquam in iis reperiet titulum *Neroniae*, quem sibi hic adscribit ea Vrbs, praeter alteram vocem novam plane, atque inauditam ΕΠΙΦΑΝΙΑ. Quid ergo ex his inferes? Duplicem nummum meum esse falsum, vel suspectum: absit, nam utrumque laudasti Amice optime cum Romae fuisti, omnesque nummos meos non semel spectasti. Num ad aliam Vrbem referendi? Vetat inscriptio. Nihil aliud ergo inferre fas est, quam quod Vrbs Nicopolis praeter titulos honoris, nomen Vrbis suae expressius articulo illo Η, et praepositione ΠΡΟΣ in eo nummo designare voluerit. Iste vero nummus jam editus fuit a cl. Sestinio Descri-

ptio pag. 161, quem consulere poteris, nam Liber meus nondum cum caeteris vulgatus, qui tamen quamprimum lucem aspicient. Caeterum etsi in nummo Ciceronis expressius, et elegantiae causa additus fuit articulus ΤΩΝ, in singulis, quos paulo ante memoravi ab Augusto ad Domitianum usque spectantes in primis XII Caesarum, postea vero longo sane intervallo, in eo etiam Mamaeae, caeteri tituli ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΙΑΟΥ minime omissi, licet plerique deinceps praepositione etiam ΑΠΟ careant. Quae autem exposita sunt de Cusinerii lapsu circa nummos Magnesiae sine dubio Iulio Dictatore posteriores confirmant, quod supra dictum est, eum non habuisse ante oculos nummos suos cum haec scriberet, nec insuper accurate percurrere potuisse lib. n. sive Dissert. de nummo Ciceroniano, praesertim citatis locis, sicut etiam nec Pellerinium consuluisse Mel. II in Livia p. 17, in Domitiano Ibid. p. 45, Sestinium praeterea in Lib. *Descriptio* in Augusto n. 19 pag. 425, et in Caligula pag. seq. 426 n. 22.

Cum haec ita se habeant plura non urgeam eum Amico, quem plurimi facio, nisi quod praetermittere non debeo veritatis ergo, in quo pariter eidem venia danda, memorata jam de causa, deceptum nempe fuisse in affirmando, Ephemerid. p. 62: *quod nomen C. Vibii Pansae in nummo Nicaeae circa ambitum capitis inscriptum sit*. Habes nummum ipsum in fronte delineatum, in cujus anteriori parte solummodo inscriptum legitur ΝΙΚΑΙΕΩΝ; in aversa vero cum Victoria gradiente ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΟΥΙΒΙΟΥ ΠΑΝΣΑ, et infra ΓΑΣ. Vides autem eum Provinciam administrantem, nec Patronum nominari, quod omissum non fuisset, si eidem honor ille accessisset, praeterea non nominandi casu, sed gigendi nomen illud efferri, et quidem cum praepositione ΕΠΙ, ut nulla ratione comparari possit cum nomine Ciceronis.

Itaque, ut concludam gratulari vel ipse Cusinerius debet, quod sua proposita dubia, atque difficultates tam facile refelli potuerint, ex quo sane sequitur, quod modo, veritas magis, magisque elucescat, et confirmetur de effigie in nummo Magnetum Lydiae, quae uni Ciceroni, non alteri cuipiam convenire queat. Quod tantopere omni hominum coetui, in quibus aliquis vitae, et doctrinae cultus inest gratum, acceptumque esse debebit.

DE EPOCHA BITHYNIAE REGVM

EXERCITATIO I.

De hujusmodi Æra Bithynica hoc loco inquirendum mihi proposui, eo quod, licet ad Imperiales minime spectet, aliqua tamen ratione nectitur cum ea Nicaeensium, quae inscripta conspicitur in nummis Divi Iulii Caesaris sub Praefectura C. Vibii Pansae, de quibus proprio in libro de Epochis agendum erit. Cl Bellejus, cujus summa laus in veterum praesertim numismatum Epochis illustrandis, Aeram Bithyniae Regum, de qua tam multae, atque inter se dissidentes ferebantur Chronologorum sententiae, definiendam sibi sumpserat; atque ex Regio Nicomedis IV numismate cum notis ЄΣ. quae suo tempore erant postremae, quae innotescerent, aliquid certi, exploratique afferre se tandem posse existimaverat. Instituta enim comparatione inter notas suprascriptas, et annuam Vibii Pansae Bithynicam Praefecturam, quae ex nummis sua aetate vulgatis jungenda videbatur cum notis ΕΛΣ, ex nummis Nicaeae, Nicomediae, et Apamiensium Myrlacensium concludendum statuebat Aeram Bithynicam nec anteriorem, neque posteriorem esse posse autumno anni V. C. Varr. CDLXXII. Sed nummus postea detectus Nicomedis IV cum notis ΑΙΣ apud Sestinium Let. Numism. T. III, p. 146, tum nummi Nicaeensium Iul. Caesaris sub Praefectura C. Vibii Pansae cum indubiis notis ΒΛΣ, ΓΛΣ, quos ex Mus. n. editos invenies lib. I. Imperial. pag. 3, et seq. Tab. XIII. n. 2, et Tab. XXXVI Addit. n. 1. denique in lib. de Epochis. pag. 268, et seqq., modo postulant, ut de utraque Epocha alia ab iis Belleji, caeterorumque omnium, plane diversa ratiocinia instituantur.

Sed primo definire oportet quem in annum V. C. Varr. constituenda sit mors Nicomedis IV Bithyniae Regis, qui sine liberis decedens Populum Romanum regni sui haeredem reliquit. Ex epistola Mithridatis Regis ad Arsacem Parthorum Regem, quae extat apud Sallustium lib. IV Fragm. non obscure eruitur Bithyniam Nicomede IV Rege mortuo spoliatam fuisse, antequam Consules L. Lucullus, et M. Cotta, alter ad bellum secundum contra Mithridatem gerendum, alter ad eam Provinciam tuendam mitterentur. Verba enim Mithridatis sunt: *totam Bithyniam Nicomede mortuo diripuere, cum filius Nysae, quam Reginam appellaverunt, genitus haud dubie esset*. Tum commemoratis iis, quae in primo bello cum Romanis egerat, nec non rationibus, ob quas rursus bellum susceperat, ita subdit: *Marcumque Cottam Romanum Ducem apud Chalcedona terra fudi, mari exui classe pulcherrima*. Itaque antequam ad hoc secundum bellum se compararet Mithridates Rex, et M. Cottam Consulem profligasset apud Chalcedonem, Romani Nicomede mortuo, accusatore, et teste eodem Mithridate, universam Bithyniam diripuerant. Id autem intelligendum de Bithynia in Provinciae formam redacta, et de omni suppellectili regia, tum publica ejus regni, quae in jura Populi Romani transierat, Romam deportata.

Hoc ipsum vero, quod in epistola Mithridatis legitur, ex ordine pariter, et serie rerum, quae in Epitoma T. Livii continentur manifestum fit. Sic enim se habent. *Nicomedes Bithyniae Rex moriens Populum R. fecit haeredem: regnumque ejus in Provinciae formam redactum est*. Deinde expositis iis, quae ad Mithridatis foedus, et ad ejus apparatum regiarum copiarum, occupatamque Bithyniam pertinebant, haec sequuntur: *M. Aurelius Cotta Consul ad Chalcedonem proelio a Rege victus est*. Si ergo antequam committeretur hoc proelium a M. Cotta, qui statim a Consulatu ad Bithyniam protegendam cum classe, ac legionibus

venerat, eandem jam Rex occupaverat, et antequam occuparetur a Mithridate, a Romanis in Provinciae formam post obitum Nicomedis redacta fuerat, consequens sane erit id evenisse non minimum utique tempus, priusquam M. Cottae Consuli decreto Senatus ejus Provinciae defensio committeretur, Lucullo vero Cilicia cum bello Mithridatico.

Eadem haec rursus mirifice confirmat vetus historia, in qua narratur A. Pompejum ex Praetura Bithyniam obtinuisse, ex eaque sibi nomen Bithynici comparasse, quod eam post Nicomedis Regis mortem ex decem Legatorum sententia in Provinciae formam redegisset. Addit vero sex Pompejus Rufus in voce *Rutrum*: quod ille suppellectilem regiam testamento Romanis relictam devexerit Romam, simulque memorat *Rutrum* tenentis juvenis effigiem in Capitolio Ephebi fuisse, more Graecorum arenam eruentis, exercitationis gratia, *quod signum*, inquit, *deportavit Bithynia Romam Pompejus Bithynicus*. Fuerat ergo Pompejus iste ante M Cottam ejus Provinciae Praetor, mortuo jam Nicomede, qui ea peregerat, quae de regia suppellectili Romam devecta commemoravimus, tum de Bithynia in Provinciae formam redacta, quae profecto satis diuturnum temporis spatium requirere debuisse per se patet.

Sed audiendi postremo loco Tullius Cicero synchronus testis, et Plutarchus optimae fidei scriptor. Ille enim in Oratione pro Murena: *ad quod bellum*, ita loquitur, *duo Consules Lucullus, et M Cotta ita missi sunt, ut alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur*. Plutarchus vero fusius gesta describens L. Luculli in ejus vita, tum in ea Pompeji M. qui tunc bellum in Hispania contra Sertorium gerebat, hunc narrat cum in hibernis ageret stipendium pro militibus petiisse, ac ni mitteretur, se in Italiam legiones deportaturum minitasse: Lucullum vero tunc Consulem ei praesto fuisse, ut omnem illi adimeret occasionem revertendi in suo Consulatu; praevidebat enim futurum,

ut uni illi praesenti, caeteris omnibus omissis, bellum Mithridaticum decerneretur. Quae quidem clare ostendunt jam inde ab anno expirante V. C. DCLXXIX, qui praecessit Consulatum L. Luculli, dum ille in hibernis ageret, res in Asia turbatas jam fuisse ob mortem Nicomedis Regis, et Mithridatem nonum bellum contra Romanos movere coepisse, quo etiam tempore ab illo Bithyniam occupatam fuisse vidimus. Sed Luculli gesta eodem Plutarcho narrante prosequamur. Addit enim hoc interim anno nuntiatam fuisse L. Octavii mortem, qui Ciliciam ex Consulatu, quem gesserat anno praecedenti V. C. DCLXXIX, obtinebat. Eo autem nuntio accepto Lucullum Consulem nullum non movisse lapidem, ne ad alium devolveretur ea Provincia, ac praeter honestum, ingeniumque suum *Praeciam* nobile scortum donis, ac blandimentis delinitam sibi conciliasse, ut Cethegum, qui plurimum in Vrbe poterat, sibi faventem redderet. quoniam in sua potestate illum habebat, quippe qui ipsius amore, et consuetudine prae caeteris fruebatur, idque consecutum esse. Quo facto Ciliciam facile obtinuisse, ac subinde bellum quoque Mithridaticum ei decretum: Cottam vero precibus a Senatu impetrasse, ut cum Classe ad Propontidem tuendam, et ad Bithyniam protegendam mitteretur. Haec sane omnia, quae ab ipso Consulatus Luculli exordio, et in ipsa hyeme coepta sunt, ac labente eo anno perfecta, si attente perpendantur; ostendunt Nicomedis Regis mortem evenisse anno saltem, qui praecessit consulatum Luculli, et Cottae, nempe V. C. Varr. DCLXXIX praesertim vero ob Bithynici praefecturam, regiamque suppellectilem ab eo descriptam pro illa Romam transmittenda, ob ipsum Regnum Nicomedis, in Provinciae formam redactum, denique ob Bithyniam ipsam a Mithridate Rege occupatam; quae omnia evenerant, priusquam Cotta ex Consulatu ad Bithyniam tuendam a Senatu missus, apud Chalcedona a Mithridate Rege vinceretur, et classe pulcher-

rima exueretur. Ob quae singula propterea veritati maxime consentanea dicenda sit praestantissimorum Chronologorum opinio, qui cum cl. Petavio Regis Nicomedis obitum illi ipsi anno V. C. DCLXXIX illigandum statuunt.

Quibus jam constitutis de Epocha Bithyniae Regum videamus. Ex indice, quem primus edidit Cl. Bellejus, deinde auxit Eckhelius Doctr. N. V. T. II. p. 444, patet viginti numismata ad eorum usque aetatem prodjisse cum imagine Regum, atque Æra Bithynica: quibus jam addenda alia duo cum notis BOP, et AIΣ, de quibus vide in Mus. n. descriptione Lib. I Regum pag. 16, et seq. Primus annus, qui innotescit ex Pell., et Sestin. est NP, An. CL, postremus, ut jam supra innuimus, est AIΣ CCXI. Hisce positis quoniam Nicomedis IV obitus ex hactenus probatis non ultra annum V. C. Varr. DCLXXIX proferri potest: si Æra Regum Bithynica ab autumno ducenda sit, consequens erit ejus cardinem anteriorem esse debere autumno An. V. C. CDLXX. Nam si ab hoc termino iteraveris notas AIΣ easdem coepisse comperies revertente autumno anni V. C. DCXXC, jam anno praecedenti vita functo Nicomede IV Rege. Itaque in hypothesi, in qua versamur, hujus Epochae cardo in autumnum saltem praecedentis anni V. C. DCLXXIX conjiciatur oportet, ac propterea statuendum erit annum AIΣ iniisse autumno A. V. C. DCLXXIX, finem habuisse redeunte autumno insequentis anni: Regem vero Nicomedem IV postremis saltem mensibus diem suum obiisse, ut nummus cum notis suprascriptis AIΣ, adhuc eo superstite, in lucem emitti potuerit. Id tamen dicimus, nisi aliae posteriores notae delitescant, quae nummis hujus Regis insculptae nondum lucem aspexerint, nam tum in anteriora rursum retrahere necesse erit hujus Epochae cardinem. Sed nos ratiocinia, et calculos modo instituimus ex iis monumentis, quae hactenus ob oculos versantur, quorum fide constat Bithyniae Regum Epocham saltem inchoandam autumno anni V. C. CDLXIX.

Ex quo etiam demum infertur eandem, si ab ineunte vere, vel aestate repetenda sit, ab hisce terminis ejusdem anni iterandam esse.

Quae cum ita sint illud jam sua sponte manat, et fluit Cl. Belleji ratiocinia, de quibus initio diximus, caeterorumque omnium de hujusmodi Epocha deserenda esse. Sed et illud praeterea sequitur Epocham hujusmodi nulla ratione conciliari posse cum altera Nicaeensium, quam, ut initio diximus, mei duo anecd. nummi Julii Caesaris offerunt cum notis chronol. ΒΛΣ, ΓΛΣ, ex quibus fit manifestum inter utramque quadriennii non minus discrimen admittendum esse, ut in lib. de Epoch. ex instituto probaturi sumus. Quod autem de illa Nicaeensium dictum est, idem statuendum de simili Nicomediensium, quoniam in nummis ejusdem Jul. Caesaris, et Vibii Pansae apud Morellium pariter habentur notae ΒΛΣ, quae ex nostris duobus recte se habere demonstrantur.

De nummo Apamensium Myrleensium a Cl. Lieb. vulgato cum notis ΕΛΣ, et ejusdem Vibii Pansae magistratu, quo pariter nitebatur in suis ratiociniis Cl. Bellejus, unum dicam, si vera sit lectio ejus nummi, aliud de iis computandi initium statuendum, neque enim Bithynica Vibii Pansae Praefectura ultra annum proferri potest, ut in cit. libro de Epochis patebit.

Si quis hoc postremo loco quaerat, cur tanta Epocharum diversitas in una Bithyniae Provincia, et unde earum origo, atque instituendi causa repetenda sit? Nihil certi, exploratique me habere respondeam: factum tenemus, caetera in conjecturis posita, de quibus tamen hic quaedam subjicere minime piget. Quoniam Nicomedes I Bithyniae Rex consentientibus Eckhelio, Bellejo, aliisque eruditissimis Viris, Zipoeti patri in regno Bithyniae successerat circa annum V. C. Varr. CDLXXVI, et Nicomediam e suo nomine deinceps condiderat, quae maximum totius regni ornamen-

tum, atque Metropolis brevi tempore evaserat, Nicomedienses in beneficii memoriam Epocham ab exordio regni Conditoris sui instituendam decrevisse, ita tamen, ut ex methodo Graecarum Vrbium, ejus initium in Neomeniam anni sui civilis, qui praecesserat rethrai debuerit, in an. nempe V. C. Varr. CDLXXV., eamque sic institutam in nummis suis adhibuisse, quorum exemplo Nicaeenses quoque idem in sua pecunia publica praestiterint. Epocham vero Bithyniae Regum originem suam habuisse ob aliquam insignem victoriam Zipoetis Regis, quem constat regni sui fines belliea virtute mirifice amplificasse. De multiplici autem Epocharum varietate in nummis quoque Syriae Vrbium similia haberi exempla neminem latet.

Quando C. Vibius Pansa ex Bithynica administratione Romam reversus, in Galliam subinde Cisalpinam ex Vrbe profectus sit, ut M. Bruto in ea Provincia regenda succederet.

EXERCITATIO II.

In superiori Exercitatione, ubi demonstratum est, quibus finibus Æra Regum Bithyniae circumscribenda sit, ibidem quoque palam factum est discrimen admittendum esse inter hanc Regum, et alteram, quae inscripta legitur in duobus meis anecd. Divi Jul. Caesaris ab Vrbe Nicaea editis sub C. Vibii Pansae Praefectura in memoriam insignis ejusdem D. Julii victoriae de Pharnace Rege, et utramque a diverso cardine ducendam esse, secus ac Cl. Bellejo, aliisque praestantissimis viris hactenus visum fuerat. Qui porro fines statuendi sint peculiaris hujus Epochae Nicaeensium, quae et Nicomediensium, definitum invenies in Libro de Epochis, ubi etiam patebit, quando C. Vibius Pansa Provinciam Bithyniae a Jul. Caesare administrandam acceperit, et post annum in ea transactum Romam reversus fuerit; hoc loco peculiari disquisitione dignum censeo ad Historiae Romanae illustrationem, et ad singulas quasque C. Vibii Pansae Praefecturas suis rite temporibus restituendas quando ostendere, idem Pansa ad Galliam Cisalpinam administrandam M. Bruto successerit, quod nondum recte constitutum invenio.

Nam, ut statim rem aggrediar communiter profectio Pansae in Galliam, de qua si lubet, vide etiam in editione Verburgii Operum Cicer., statuitur in a. d. III Kal. Jan. A. V. C. Varr. DCCVIII, facem praeferente ipsius Ciceronis Epistola XVII. lib. XV Famil ad Cassium data, ubi in libris modo editis haec leguntur: *Pansa noster paludatus a. d. III.*

Kal. Jan. profectus est. Sed facile profecto erat animadvertere eas temporis notas Amanuensium oscitantia labefaciatas fuisse ex integra serie Epistolarum Ciceronis, tum ad Familiares, cum ad Atticum, quae illud profectionis Pansae tempus in Galliam Cisalpinam, et ex ea reditum M. Bruti in Vrbem complectuntur. Ex iis enim clare, et perspicue infertur Vibium Pansam decedente M. Bruto, in eam Provinciam nonnisi ineunte aestate A.V.C. DCCIX ab Vrbe discessisse. Id itaque modo praestabo auctoritate ipsius Ciceronis synchroni testis, atque ex ipsis laudatis epistolis ad Atticum, et ad Familiares datis. Nam, ut verissime scribit Cornel. Nepos in vita Pompon. Attici §. XVI: *eum, qui legat Ciceronis epistolas ad Atticum*, (quod, et de caeteris ad Famil. intellige,) *ab consulatu ejus usque ad extremum tempus, non multum desideret historiam contextam eorum temporum*.

Praemittere autem praestat Jul. Caesarem actis in Vrbe quatuor nobilissimis triumphis anno, qui fuit postremus Pompilianus, et luxatus V. C. Varr. DCCVIII, ipso Jul. Caesafe III, et M. Lepido Coss, eorumque ultimo die, Veneris Genitricis Templo dedicato a. d. VI Kal. Octobris, ut est in veteri fragmento apud Gruterum pag. CXXXV, tum inter alia plura ipsius acta urbana, audita Ciceronis oratione pro Q. Ligario, postquam, ut in eadem legitur, *Domi ipsius Caesaris a. d. V. Kal. intercalares priores* cum fratribus, et propinquis ad pedes Caesaris jacentibus pro salute Ligarii, pluribus verbis eum exorasset, expeditionem adversus Pompeji liberos suscepisse, atque ex Vrbe egressum, ut legitur apud Appianum de Bell. Civil. *die vigesima septima* in Hispaniam pervenisse. Ex quibus omnibus manifeste sequitur Jul. Caesarem extrema anni parte ad bellum Hispaniense gerendum itineri se commisisse. Nam postremo anno Pompiliano menses intercalares prior, et posterior inter Novembrem, et Decembrem ab eo interpositi fuerant ad omnem praecedentem anni Romani labem auferendam, ex Sve-

tonio, Censorino, caeterisque omnibus vetustis, optimaeque fidei Scriptoribus. Videnda etiam, quae a nobis demonstrata sunt in lib. de Vulg. Ærae Emend. pag. 34, et seq. Si igitur Cicerone oculato teste, Jul. Caesar mensibus intercalaribus adhuc erat in Vrbe, fateri sane oportet eundem nonnisi sub exitum anni V. C. Varr. DCCVIII in Hispaniam ejus belli conficiendi causa se contulisse.

Quibus praemissis facilis est, et expedita propositae quaestionis chronologicae solutio. Duo haec enim mox clare, et perspicue constabunt, ut nihil supra: primo Tulliolam M. Tullii filiam ex partu defunctam esse elapsis aliquot mensibus post susceptam a Caesare Hispaniensis belli expeditionem, initumque annum V. C. Varr. DCCIX; secundo nonnisi post id temporis C. Pansam, dum Cicero ex morte filiae, quam summopere dilexerat, incredibili moerore, ac luctu confectus se in suas Villas abdidisset, atque circa ineuntem aestatem de monumento eidem erigendo cogitaret, remque cum Attico per literas conferret, ad Galliam regendam in M. Bruti locum esse profectum.

Atque ut a primo exordiar: Epistola XVIII lib. VI earum, quae ad Familiares inscriptae sunt, haec habet Cicero. *De Hispaniis novi nihil. Magnum tamen exercitum Pompejum habere constat. Nam Caesar ipse ad nos misit exemplum Paciaeci literarum, in quo erat, illi undecim esse legiones. Scripserat etiam Messala P. Curtium consensisse cum Hispanis quibusdam, si in Oppidum nescio quod Pompejus rei frumentariae causa venisset, eum comprehendere, ad Caesaremque deducere.* Cum haec igitur scriberet Cicero, erat in Hispania Iul. Caesar, ad quem conspiratione facta Pompejum deducere in animo habuerat Curtius, cum quibusdam Hispanis, et ipse Caesar ex castris Romam miserat Paciaeci literarum exemplum. Audiamus modo quae paulo inferius in eadem epistola subjungit idem Tullius: *Me*, inquit, *Romae tenuit omnino Tulliae meae partus. Sed*

cum ea, quemadmodum spero, satis firma sit, teneor tamen, dum a Dolabellae Procuratoribus exigam primam pensionem. Quid quaeso his luculentius desiderari potest, ut pro certo statuamus Caesare in Hispania bellum gerente adversus Pompeji liberos, Romae Tulliam Ciceronis filiam nondum ex partu decessisse. Quoniam vero tum Romae jam nuntiatum fuerat de conspiratione P. Curtii, missumque praeterea exemplum literarum Paciaeci ab ipso Caesare, qui ut supra probatum est, extrema anni parte, qui ex luxatis ultimus, ex Vrbe discesserat, consequens profecto erit suprascriptum Ciceronis epistolam ab eo scriptam fuisse non modo inito jam anno V. C. Varr. DCCIX, sed elapsis etiam aliquot ejusdem anni mensibus. Ac propterea Tulliolam, quae tum adhuc inter vivos agebat, etsi brevi post diem suum obiisse ponamus, defunctam proculdubio inito jam, ac labente ex aliquot mensibus anno, qui supra DCCIX.

Tullia defuncta, summoque ob id dolore, et aegritudine perculsus Cicero, postquam apud Atticum quidquid de moerore minuendo scriptum ab ullo erat, legisset, quin tamen proficeret, ut est in epist. XIV lib. XII ad Attic., in suas se Villas abdidit, totosque dies in literis insumebat ad animum aliqua ratione relaxandum. Epistolae fere omnes libri XII, et XIII ad Atticum acerbissimum hunc Ciceronis dolorem, ejusque in scribendo assiduitatem manifestant. Ne in re perspicua longiores simus, quaedam ex iis delibabimus, quae potiora videbuntur ad argumentum, in quo versamur, comprobandum. Epist. XX lib. XIII. *A Caesare*, inquit, *literas accepi consolatorias datas prid. Kal. Maji Hispali*. Subdit vero de oratione, quam habuerat pro Quinto Ligario, quaeque a Balbo, et Oppio ad Caesarem in Hispania bellum gerentem missa fuerat, ut legitur in epist. XIX, et XX ejusdem libri: *Ad Ligarianam de uxore Tuberonis, et privigna, neque possum jam addere; est enim res pervulgata: neque Tuberonem volo defendere*. Probat

haec epistola quam praeclare consentiant singula, quae hactenus attulimus de oratione Ligariana habita mensibus intercalaribus anni postremi Pompiliani luxati, qui fuit V. C. Varr. DCCVIII, de Caesaris expeditione suscepta anno eodem exeunte, de Tulliae denique morte, quae evenerit elapsis jam aliquot mensibus anni V. C. Varr. DCCIX. Nam cum bellum in Hispania confectum fuerit ineunte Aprili, atque, ut habet Hirtius de Bello Hisp. cap. XXXII, et XXXIX, Cn. Pompejus natu major post Caesaris victoriam in fuga deprehensus interfectus fuerit prid. Id. Aprilis, literae vero Caesaris consolatoriae datae sint confecto jam eo bello, et ante exeuntem eundem mensem Aprilem anni, qui fuit V. C. Varr. DCCIX, manifestum est Tulliae mortem hunc terminum unum, aut alterum mensem ad summum, non plures antecedere potuisse. Sed propius ad rem, de qua quaerimus, accedamus.

Epist. XIII lib. XII ad eundem Attic. de Tulliola defuncta se literas a Bruto pariter consolotarias accepisse scribit Cicero his verbis. *Bruti literae scriptae et prudenter, et amice, multas mihi tamen lacrymas attulerunt. Me haec solitudo minus stimulat, quam ista celebritas*. Epist. XIV ita subdit. *De Bruti ad me literis scripsi ad te antea: prudenter scriptae, sed nihil, quod me adiuvarent. Quod ad te scripsit, id vellem, ut ipse adesset: certe aliquid, quoniam me tam valde amat, adjuvaret. Quod, si quid scies, scribas ad me velim: maxime autem Pansa, quando*. Epist. XV haec sequuntur. *In hac solitudine.., mihi omnis sermo est cum literis. Eum tamen interpellat fletus, cui repugno quo ad possum: sed adhuc pares non sumus. Bruto, ut suades, rescribam. Eas literas cras habebis. Cum erit cui des dabis*. Denique epistola XVIII: *Dum recordationes fugio, quae quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo .... de fano illo dico: de quo tantum, quantum me amas, velim cogites.. Ego quan-*

tum his temporibus tam eruditis fieri poterit, *profecto illam* (Tulliolam nempe) *consecrabo omni genere monumentorum*. Paulo vero inferius; *Epistolam*, *quam ad Brutum*, *ut tibi placuerat*, *misi ad te*. *Curabis cum tua perferendam*. *Ejus tamen misi ad te exemplum*, *ut*, *si minus placeret*, *ne mitteres*. Iam ergo ex his manifestum fit: dum Cicero in solitudine totus in literis versaretur, fletuque interpellaretur ob Tulliae mortem, cui dolori ferendo nondum par erat, Brutum Galliae Rectorem adhuc in Provincia fuisse, et C. Pansam eidem in successorem designatum, nondum Roma egressum.

Sed accipe jam quando tandem Pansa ex Vrbe paludatus sit profectus, ut Bruto succederet. Epist. XIX, quae immediate sequitur, postquam Cicero multa praemisisset de loco eligendo ad fanum, sive monumentum Tulliae extruendum, ita subdit. *Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare*; *sed quos coram videbimus*: *ita tamen*, *ut hac aestate fanum absolutum sit*. De Pansa autem ita paulo infra: *Pansa si hodie*, *ut putabas*, *profectus est*, *posthac jam incipito scribere ad me de Bruti adventu*, *quid expectes*, *id est*, *quos ad dies*. *Id*, *si scies ubi jam sit*, *facile conjectura assequere*. De Bruto vero decedente ex Provincia sic epist. XXVII. *De Bruto*, inquit, *si quid habebis*. *Scire enim jam puto*, *ubi Pansam expectet*. *Si ut consuetudo est*, *in prima Provincia*, *circiter Kal. affuturus videtur*. *Vellem tardius*, *valde enim Vrbem fugio multas ob causas*. In eadem epistola plura similiter, ut in superioribus, confert cum Attico de hortis parandis pro fano Tulliolae consecrando. Ac ne quid desit demonstrationi nostrae, audiantur postremo loco quae habentur epistola XLI ejusdem libri XII, quae ex ipso ordine epistolarum aliquanto tardius praecedenti data dicenda est. In ea facta mentione Hirtii epistolae, quae sibi videbatur quasi specimen ejus vituperationis, quam Caesar scripserat de Catone, dum ad-

huc esset in Hispania, concludit epistolam hisce verbis. *Redeo ad fanum. Nisi hac aestate absolutum erit, quam video integram restare, scelere me liberatum non putabo*. Post tam perspicua Ciceronis testimonia nihil sane addere oportet, ut quisque sibi suadeat C. Pansam circa ineuntem aestatem anni V. C. Varr. DCCIX paludatum ex Vrbe profectum esse, ut Galliae praeesset, decedente eodem tempore ex illa M: Bruto. Quod erat a nobis demonstrandum in propositae quaestionis chronologicae solutionem.

His itaque probatis emendandus error, qui irrepsit in epistolam XVII libri XV Famil. ad Cassium datam, ubi in editis Ciceronis libris, ut initio diximus, dies profectionis Pansae sic corrupte modo notatus legitur: *Pansa noster paludatus a. d. III Kalend. Jan. profectus est*, quae nota quotquot hactenus de Pansae Praefectura in Gallia scripserunt in errorem pertraxit, ut longe anteriora initia eidem assignaverint, quam revera habuerit, ut ex integra Epistolarum serie lib. XII, et XIII, atque ex iis etiam, quae hic breviter attigimus fit manifestum. Mendum autem istud ex hac ipsa Ciceronis epistola ad C. Cassium, tum ex illius ad Tullium responsione plane refellitur, atque emendatur. Ad ea enim verba, quae attulimus, haec in eadem epistola praecedunt. *De Hispania novi nihil, sed expectatio valde magna: rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι sine auctore. Pansa noster paludatus etc.* Ex quibus verbis quis non videat bellum Hispaniense, cum haec scriberet Cicero, non modo incoeptum, sed jam in eo fuisse, ut conficeretur, et utrique exercitus proelio de victoria decernerent, vel potius jam decrevissent, eaque propterea, quae ibidem narrantur ad primos non modo menses, sed ad ineuntem insuper aestatem anni V. C. Varr. DCCIX referenda esse. Sed clarius etiam in responsione Cassii idem tempus designatur epistola, quae est XIX ejusdem libri. Sic enim Ciceroni re-

scribit. *Pansam nostrum secundu voluntate hominum paludatum ex Vrbe exiisse cum ipsius causa gaudeo.* Paucis vero interjectis sub lit: *Nunc, ut ad Rempublicam redeam, quid in Hispaniis geratur, rescribe. Peream, nisi sollicitus sum, ac malo veterem, et clementem Dominum habere, quam novum, et crudelem. Scis Cnejus quam sit fatuus; scis quomodo crudelitatem virtutem putet.* Postrema epistolae verba sunt: *Si Caesar vicit, celeriter me expecta.* Nuntii itaque jam in Italiam pervenerant in proximo esse, ut exercitus Caesaris, et utriusque Pompeji proelium inter se committerent, quod quidem inito jam mense Aprili factum fuisse, victore Iul. Caesare paulo supra ex Hirtio probavimus. Nihil ergo in historia eorum temporum magis certum, exploratumque ex duobus locupletissimis testibus Cicerone, et Cassio, quam quod C. Vib. Pansa in Galliam Praetor sit profectus, non quidem exeunte anno V. C. Varr. DCCVIII, ut mendose legitur in suprascripta Ciceronis epistola; sed in proximo Consulatu, et adveniente aestate anni V.C. Varr. DCCIX.

Hinc etiam ex hactenus demonstratis elucet môdus, et ratio, qua corruptum suprascriptae epistolae locum suae integritati restituamus. Vna enim mutata litera a in u, legendum deinceps *a.d. III Kalend. Jun.* Neque desunt exempla similis plane erroris in aliis editis ejusdem Tullii epistolis, quo nil facilius accidere potest, oscitantibus praesertim, vel imperitis Librariis. Epistola XX lib. XI Famil, data inscribitur *VIII Kal. Jan. Eporedia.* In voce tamen *Jan.* mendum est manifestum. Nam praecedentes ejusdem D. Bruti literae, tum etiam Ciceronis ad îpsum, eodem tempore, iisdemque prope diebus scriptae de persequendo Antonio apud Mutinam jam profligato, habent *XIII Kal. Jun.*, *et XII Kal. Jun. Vercellis.* Tum quae sequuntur: *Prid. Nonas Junii*, *VIII Idus Junias*, *XIV Kal. Quint. etc.* Tempus quoque illius proelii, quod apud Mutinam commissum est, cum

uterque Consul Pansa noster, et Hirtius pro patria mortui sunt, in Romana historia testatissimum est, quod ineunte aestate, non vero anno exeunte evenerit.

Quibus demonstratis, ut utriusque Praefecturae Vib. Pansae, Bithynicae primum, Gallicae deinde tempus complectar: Bithyniae regendae a Jul. Caesare praefici non potuit Vib. Pansa, nisi post victoriam de Pharnace Rege, quae, contigit adulta aestate A. V. C. DCCVII, qui fuit ex luxatis proxime postremus, ejusque propterea annua administratio in idem tempus finem habere debuit insequenti anno V. C. DCCVIII, quo omnis error a Jul. Caes. sublatus. De his vide supra sub initium, tum in lib. de Epoch. sub Vrbe Nicaea. Idem Pansa ex Provincia Bithyniae reversus erat Romam mensibus intercalariis, quibus adfuit Ciceroni orationem habenti pro Quinto Ligario coram ipso Jul Caesare, qui paulo post ante exitum ejusdem anni postremi luxati V, C. DCCVIII in Hispaniam se contulit ad bellum adversus Pompeji liberos gerendum. Vide ibid. Mansit Romae Vib. Pansa postremis ejus anni mensibus, et primis quinque insequentis V. C. DCCIX Juliani primi, donec, ut hactenus probatum est, in Galliam Cisalpinam M. Bruto successurus a. d. III Kal. Jun. paludatus Vrbe proficisceretur. Post annuam illius Provinciae administrationem in Vrbem redux A. V. DCCX, Consul designatur, proximumque annum aperuit V. C. DCCXI, ut Fasti omnes fidem faciunt; ac eodem demum anno strenue pro patria apud Mutinam adversus Antonium bellum gerens, ex vulneribus in magistratu occubuit.

Hoc postremo loco debita laude minime fraudandum censeo praestantissimum Bellejum, qui solus recte jam agnoverat: *Pansam fuisse Praetorem Bithyniae inde a dimidio anno V. C.* 707, *usque ad dimidium anni* 708. Verum cum ille ex communi opinione tempus illius Praefecturae ab Aera Regum Bithyniae ducendum putasset, neque perspectos

habuerit meos Iul. Caesaris nummos Nicaeae cum notis ΒΛΣ, ΓΛΣ, nec postremum Nicomedis IV cum notis ΑΙΣ, in statuendo ejus Aerae cardine a recto tramite necessario aberrare debuit. Caeteri vero omnes de utroque Chronologiae capite iere in alia omnia, inter quos postremus omnium cl. Eckhelius, qui in Prolegomenis Bithyniae D. N. V. pag. 396 Tom. II breviter nimis universum hoc argumenti genus, more suo, complexus est. Ad veritatem enim eruendam in his chronologicis tricis, si argumenta proferas, quae suadeant, quibusque punctum omne tuleris, nulla dicendi copia in justam reprehensionem cadere potest. Qua propter veniam spero ab Erudito Lectore, si in his longior fuerim.

De anno V. C. Varr., quo e Syria Romam reverso Sept. Severo, Plautilla Plautiani filia Antonino Caracallae nupserit; quando insuper Plautianus post filiae nuptias, maximis inter eum, et Caracallam exortis inimicitiis, ab isto coram patre accusatus, et interemptus fuerit.

EXERCITATIO III.

Magni interest tempus definire, quod Plautillae nuptias, et Plautiani ejus patris interitum complectitur. Istud enim summo erit adjumento tum ad historiam, resque a Severo gestas illustrandas, cum ab eo decennalia festa in Vrbe magnificentissime celebrata fuerunt, tum vero maxime ad nobilissimae Vrbis Gazae Epocham certioribus limitibus circumscribendam, de qua deinceps sequenti libro de Epochis agendum erit.

Atque, ut a monumentis latinis initium sumamus, nihil aptius ad rem, quam volumus assequendam, nummis ipsius Severi, simulque Caracallae, qui utriusque tribuniciae potestatis annos, notasque numericas insculptas exhibent. Extant itaque nummi Severi cum ejus Trib. potest. X, simul vero Caracallae cum ipsius tribun. potest. V. Alii autem ex ipsis cum typo navis Praetoriae inscribuntur ADVENT. AVGG., designantque reditum Severi cum filio Antonino e Syria, ubi Consules processerant Kal. Jan. A. V. CMLV, de quo nulla est inter Chronologos controversia. Alii vero epigraphen continent LIB. AVG. III VOT SVSC DEC; alii denique cum capite Plautillae, ejusque inscriptione PLAVTILLAE AVG in anteriori parte, et cum Antonini imagine in altera, sic habent ANTON. P. AVG. PONT. TR. P. V. COS. Quos omnes, aliosque hujus generis collectos, illustratosque invenies apud Eckhel. T. VII D. N. V.

sub Severo, et Caracalla pag. 180, et seqq. In lib. de Vulg. Ær. Emend. plura jam a me allata fuerant argumenta, quibus ostenderem Severi, ejusque filii Caracallae tribunic. potestatem non a die, quo illam assumpserant, sed a praecedentibus Kal. Januariis esse numerandam. Praeclariss. Eckhel. id uberius multo deinceps praestitit, eamque tribunic. potestatis iterandae rationem mirifice confirmavit lib. VIII de Tribunic. potestate agens pag. 421. Quibus probationibus cumulum addunt ii Severi nummi, nec pauci, qui ejus tribunic. potestatem XIX inscriptam offerunt. Haec enim in ejus imperio locum habere nequit, nec alia ratione explicari potest, quam si illius computatio a Kal. praecedentibus Januariis instituatur. Obiit enim die IV Februarii A. V. C. CMLXIV, imperii sui anno XVIII labente ex Kal. Juniis A. V. C. CMXLVI. Vide laud. Eckhel., meumque cit. lib. Ær. Vulg.

Cum itaque trib. pot. X Severi ex Kal. Jun. A. CMXLVI, et altera Caracallae V, quam primo acceperat ante Kal. April. A. V. C. Varr. CMLI, referantur ad ann. V. C. CMLV, ex prejacto principio computandae sunt a praecedentibus Kal. Januariis ejusdem anni, eumque integrum complectuntur, quin ultra progrediantur. Hinc ergo sequitur Severi reditum in Vrbem, conglarium populo datum post suum reditum, tum festa decennalia, nuptias denique Plautillae, de quibus in suprascriptis nummis mentio habetur, eodem anno V. C. CMLV celebratas fuisse.

Haec autem singula confirmat praeclarus testis Dio, qui rebus hisce omnibus interfuit, si ejus verba attente perpendamus. Et quamvis modo nonnisi Excerpta Xiphilini supersint, cum tamen ille verba ipsa Dionis referat, haec ipsa eandem sibi fidem jure conciliare debent, ac Dionis Historia. Duo autem praecipue ejus testimonia notanda sunt: primum, ubi initio statim libri LXXVI haec habet: *Severus autem postquam attigit decennium principatus sui*, tum nar-

rat congiarium datum, celebratas Plautillae nuptias, et decennalia festa peracta propter suum reditum etc. Ea phrasis: *postquam attigit* haud equidem de decennio exacto, ut etiam in graeco textu Ὁ δὲ Σεβῆρος ἐπὶ τῆς δεκαετηρίδος τῆς ἀρχῆς, sed de ineunte, vel ad summum jam in cursu, accipi debet. Alterum habetur prope finem libri praecedentis LXXV, ubi sermonem habens de potentia Plautiani, ejusque crudelitate in excidendis centum civibus Romanis nobilibus, ut Plautilla filia cum Antonino nuberet, magnum haberet Eunuchorum famulatum, haec subjungit: *hujus filiam Severus filio suo in matrimonium dedit, ipsumque Plautianum designavit Consulem*. Haec conjunctio Plautiani Consulis designati cum nuptiis filiae notat profecto An. V. C. CMLV, cum ille proximis Kalend. Januariis A. CMLVI Consul processerit, quemadmodum ejus saevitia in evirandis tot civibus Romanis ostendit multo jam ante filiam suam Antonino destinatam fuisse. Non modo igitur ex nummis supra descriptis, verum etiam ex synchrono, praestantissimoque teste Dione clare patet Plautillae nuptias ad annum V. C. Varr. CMLV esse referendas. Ex quibus etiam jure infertur Severum post initum Consulatum Kal. Jan. ejusdem anni in Syria, Ægypto peragrata, inspectisque in ea illustribus monumentis, tum etiam ordinatis aliis Provinciis, ea incredibili celeritate, qua ipse in itineribus conficiendis utebatur, ad Vrbem venisse, ut Decennalibus Festis celebrandis praesto esset; neque hunc ipsius reditum in annum insequentem V. C. CMLVI protrahendum esse, ut hactenus communis prope Eruditorum ferebat sententia.

Inter eos autem praecipue numerandus Norisius, qui in Dissert. V de Epoch. cum persuasum haberet ex vita B. Porphyrii Gazae Vrbis Epocham cum A. V. C. DCXCIII consociandam esse, quantum poterat, retardare debuit Plautillae conjugium. Hinc laud. Chronolog., in Dissert. cit. statuit Severum vota decennalia celebrasse *decimo imperii anno*,

mense majo exacto cum annum undecimum principatus inisset, eodemque tempore celebratas fuisse Plautillae nuptias. Verum praestantiss. Vir ex suis ipsis principiis plane refellitur. Nam infra in eadem Dissert. pag. 501 expressis verbis scribit: *Antoninus Caracalla titulos Imperatoris, et Augusti a Severo patre accepit, ante mensem Aprilem A. V. a parilibus* 951, seque id ostendisse affirmat in Dissert. de Votis Decennal. (cum aliter antea sentiret) nummorum, et Lapidis Gruteriani praesertim auctoritate, qui dedicatus inscribitur PR. NON APRIL *Caracalla agente* TRIB. POTEST III *Severo et Victorino Consulibus*, qui sunt indices Anni V. C. CMLIII. Quas notas modo confirmat alter Muratorianus Lapis Norisio minime perspectus, dedicat. Kal. April. cum caeteris suprascriptis notis. Ex his igitur sequitur retenta etiam veteri iterandae tribunic. potestatis methodo, Caracallae exiisse An. V. Trib. pot. ante Aprilem A. V. C. CMLVI. Quapropter cum initio descripti fuerint nummi aurei, et arg. cum Plautillae imagine, itemque Caracallae, qui simul exhibent not. ejus tribun. potestatis V, certo consequitur Caracallae, et Plautillae conjugium celebratum fuisse ante Kal. April. ejusdem anni V. C. CMLVI. Quod si praeterea animadvertamus antequam celebrarentur nuptiae et festa decennalia, magnos praecessisse apparatus, inter quos recenset in primis Dio receptaculum in Amphitheatro aedificatum ad instar navis, quod reciperet quadringentas feras, easdemque simul omnes redderet, et revera ex ea navi subito dissoluta exiliisse ursos, leaenas, pantheras, etc. item per alios septem dies, centum uno quolibet die feras in eodem Amphitheatro occisas fuisse; denique, ut alia omittam, ante singula haec, quae memorata sunt, in Senatu judicium, causamque actam fuisse, de qua mox dicemus, praesenti jam Severo post suum e Syria reditum, concedendum sane erit quae ad ejus adventum, ad Plautillae nuptias, ludosque editos spectant in annum praecedentem V.

C. CMLV retrahenda esse, nec multum ultra subsequentem proferri posse. Quae cum ex certissimis monumentis constent, inferre oportet doctiss. Norisii opinionem de spectaculis, celebratisque Plautillae nuptiis decennio exacto Severi, ex ipsius principiis esse deserendam. Qnod idem propterea dicendum de caeteris clariss. Viris, qui cum Tillemontio, eandem sententiam adoptasse visi sunt.

Quibus constitutis facilis patet aditus ad annum, et anni tempus definiendum, quo Plautiani caedes Caracallae artibus, insidiisque facta sit, de quo secundo loco inquirere propositum fuerat. Auctor idem, et testis oculatus Dio in fine libri LXXV narrat actam fuisse causam in Senatu praesente Severo e Syria reverso contra quendam Racium Constantem virum nobiliss., qui fuerat Sardiniae Praeses, cui obiiciebatur, quod olim ab eo Plautiani statua disjecta fuisset: cum autem accusator inter multa dixisset: *coelum citius ruere posse, quam Plautiano damnum a Severo inferri, cumque Severus nobis, qui una judices eramus confirmasset, non posse ullum malum ab se Plautiano accidere: non tamen* (notanda maxime haec Dionis verba) *perpetuo floruit Plautianus; sed intra annum occisus est, cunctaeque statuae ipsius dissipatae sunt*. Quantae auctoritatis habendum sit hujusmodi Dionis testimonium, qui in ea causa in Senatu acta judex interfuit, rebusque omnibus, quae eodem tempore evenerunt, praesens aderat, nemo non videt. Jure igitur principii loco statuendum ab eo judicio in causa Constantis in Senatu acta ad tempus, quo Plautianus interemptus fuit, non integrum annum intercessisse. Cum itaque ex praemissa computandi ratione tribunic. potestatis Severi ex Kal. Januariis, decennalia festa, et Plautillae nuptiae ad annum V. C. CMLV referendae sint, in quo etiam consentientem habemus Dionem; ex veteri autem ejusdem tribunic. potestatis computandi methodo ea circa initium insequentis A. V. C., CMLVI ad summum, et ante Kal.

April. evenire debuisse probatum sit, merito jam ex utraque demonstratione concluditur Plautiani casum intra annum V. C. CMLVI esse statuendum, praesertim cum illud Racii judicium, festa decennalia, nuptiasque Plautillae praecesserit.

Praestat autem ad haec confirmanda iterum audire testem praeclarissimum Dionem, qui lib. LXXVI post descripta festa decennalia rursus de Plautiani rapinis, aliisque sceleribus verba faciens, quorum, inquit, magna pars Severum latebat, haec subjungit: *Sed postquam Geta frater moriens significavit Severo omnia, quae Plautianus agebat, Severus Getae statuam ex aere in foro posuit, desiitque habere Plautianum in tanto honore, magnaque ex parte potentiam ejus comminuere coepit.* Ex quo factum fuisse narrare prosequitur Dio, quod Plautianus Antonino tanquam ejus ignominiae auctori, quem ante oderat propter filiam suam, quae ab eo minus honorifice tractabatur, tum magis infestus, atque inimicus evaserit, seque cum eo gereret acerbius. Ac tandem narrationem suam concludens exponit, quomodo Antoninus hisce permotus, iratusque uxori impudentissimae feminae, atque ipsi Plautiano, ab eo se vindicare, ac liberare statuerit, idque brevi perfecerit eundem ex improviso coram patre falso perduellionis crimine insimulatum interficiens. Atque haec fusius describere necesse fuit quoniam a praestantissimis viris haec minime animadversa in causa fuerunt, cur de necis Plautiani tempore alii, alia sentirent. Geta Severi frater, de quo hoc loco sermo est, Consul processerat cum Plautiano ipso Kalend. Januariis A. V. C. CMLVI, ut Fasti omnes testantur. Cum ergo singula, quae ad Plautiani necem a judicio Racii Constantis gesta fuerant non integrum annum complectantur, ea profecto finem habuisse dicenda sunt intra Consulatum, quem signat Geta Severi frater, hoc est intra annum V. C. CMLVI, modo vero si consideremus magnam

partem Consulatus Getae transactam intelligi debere, cum ille morti proximus Plautiani scelera Severo fratri detexit; si enim primis Consulatus ejus mensibus id factum fuisset, Consulem aliquem suffectum in Fastis notatum haberemus, de quo altum in ipsis silentium. Deinde rationem habeamus eorum, quae subsecuta sunt, quaeque referuntur ad imminutam a Severo Plautiani potentiam, ad statuam ex aere Getae fratri post ejus mortem in foro positam, denique ad majora dissidia, atque inimicitias, quae Plautianum inter, et Antoninum intercesserunt, donec eo progrederentur, ut Antoninus de Plautiano interficiendo secum ipse statueret, paratisque insidiis coram patre rem absolveret, fatendum profecto erit Dionem sibi maxime consentientem esse, tum in nota anni non integri, quem definit a judicio Racii Constantis ad Plautiani interitum, tum in sua narratione libri LXXVI, ex qua manat, et fluit Plautiani casum adulto jam anno, et circa autumnum V. C. Varr. CMLVI contigisse.

Post allatas demonstrationes necesse non est pluribus immorari pro refellendis eorum opinionibus, qui ab hisce calculis recedunt, ut fit in Chronico Alexandrino, ubi Plautiani caedes assignatur diei XXII Ianuarii, quaeque ex ejus computo Olympiad. cadere videtur in hunc annum CMLVI. Nam hoc posito, quae modo attulimus de detectis a Geta moriente post initum eo anno, gestumque per aliquod, nec breve tempus ab illo Consulatum, Plautiani sceleribus, de imminuta gratia Severi erga Plautianum, denique de ortis, auctisque simultatibus Plautianum inter, et Caracallam, quae non nisi interitu Plautiani finem habuerunt, singula haec inquam, evenisse dicenda forent intra viginti duos dies ab inito Consulatu Getae, quae sane repugnare, diuturnumque temporis spatium requirere nemo non videt. Nec mirum de hujusmodi errore Auctoris Chronici Alexandrini, qui, ut plurimum in notis Consulatuum, aliarumque

rerum gestarum tempore designando a veritate aberrasse convincitur. Cl. Tillemontius diem retinet, sed annum insequentem praefert, quae quamvis minus absurda sententia, admitti tamen nequit ob annum non integrum elapsum a judicio Racii Constantis ad Plautiani casum, de quo supra dictum est. Sed hisce, aliisque omissis, quaedam hic animadvertenda de Cl. Eckhelii sententia, qui postremus omnium de hoc argumento ex instituto sibi inquirere proposuit lib. VII D. N. V. sub Severo, sub Caracalla, ejusque uxore Plautilla, tum T. VIII, ubi de Tribunic. potestate pertractat sub utroque Aug. Ex nummorum fide, ut initio vidimus, statuit ille, et solide quidem, reditum Severi, festa decennalia, nuptias demum Plautillae in exeuntem autumnum A. V. C. CMLV recensenda esse. In quo, ut dixi, me ultro consentientem habet, nisi forte quae ille in exitum autumni conjicere videtur sub Severo T. VII pag. 130, in ineuntem potius conferre oporteat ob ea, quae fuse a me probata sunt. Ea de quibus cum Cl. Viro convenire nequeo, sunt quae sub Plautilla pag. 225 subjungit scribens. *Dionem Plautiani, et Plautillae historiam complexum si sequamur, perexiguum tempus, et forte paucos tantum menses inter Plautillae nuptias, et exilium videri intercessisse*. Fugit Virum praeclariss. animadvertere quae duo a me supra commemorata sunt ex ipso Dione, primum de Geta Severi fratre, qui Consulatum inierat Kal. Jan. A. V. C. CMLVI, quique postea moriens de nefariis Plautiani actionibus fratrem Severum certiorem fecerat, unde ea orta dissidia inter Plautianum ipsum, et Caracallam, quae interjecto aliquo tempore Plautiano ipsi mortem attulerunt: alterum de judicio Constantis, quo loco praeclarus idem testis Dio affirmat Plautianum *intra annum* occisum fuisse. Ex his sane conficitur non modo Dionem sibi plane consentientem esse in Plautiani, et Plautillae historia complectenda; verum etiam, quod ibidem recte animadvertit Eckhel.: *saltem integrum fere anni spa:*

tium inter Plautillae nuptias, et exilium esse interponendum. Habet igitur quod optat, quodque necessarium esse merito judicat ob maximam Plautillae nummorum copiam, qui ubicunque in remotissimis etiam Romani imperii Provinciis in ejus honorem editi fuerunt. Dum autem ad eandem unius non integri anni moram probandam pro argumento sumit Cl. Vir cardinem Aerae Gazensis, quam constituendam cum Norisio supponit in A. V. C. DCXCIII, id est, de quo lis adhuc sub Iudice mihi semper visa fuerat, de quo propterea Chronologiae capite mihi diligentius inquirendum putavi, quem in finem duo hic praemittenda duxi, quae ad historiam pertinent: primum quidem de Plautillae conjugio, et Plautiani interitu; in sequenti vero mox Exercitatione, quid de tempore ordinationis, annisque in Episcopatu exactis a B. Porphyrio Gazensi Episcopo, ex actis ejus vitae a Marco Diacono conscriptae jure statui debeat, ut deinceps in lib. sequenti de Epochis facilior pateat aditus ad Aerae Gazensis cardinem omni certiori fundamento definiendum.

De ordinatione B. Porphyrii in Episcopum Gazensem; in quem annum scilicet V. C., sive Aerae Vulg. ea conferri debeat. De annis, quos idem B. in suo Episcopatu egerit a suscepta ordinatione, ad supremum usque vitae suae tempus. Quid denique statuendum sit de notis chronologicis, quibus tempus sui Episcopatus notatur in apographo ejus vitae a Marco Diacono conscriptae.

EXERCITATIO IV.

Quae in praecedenti Exercitatione demonstrata sunt de tempore, quo celebratae fuerint nuptiae Plautillae cum Antonino Caracalla, et brevi post Plautianus pater interfectus fuerit, nectuntur cum iis, quae pertinent ad ordinationis tempus B. Porphyrii Episcopi Gazensis, et ad annos ab eo in Episcopatu exactos, et utraque maxime prodesse possunt, non modo ad eorum temporum historiam illustrandam; verum etiam ad Epochae Gazensis primordia detegenda, certisque finibus definienda. De hoc itaque secundo argumento nunc agendum.

Praeclariss. Norisius, ubi de Gazensi Epocha sermonem instituit in lib. de Epoch. Syromaced. Dissert. V, ad eam definiendam utitur potissimum actis vitae B. Porphyrii a M. Diacono conscriptis, quae propterea hoc loco tanquam ad historiam spectantia in examen revocanda duxi, ut viam sternant ad ea deinceps ope numismatum demonstranda, quae peculiariter in libro de Epochis pro statuendo Gazensis Aerae exordio dicturi sumus. Equidem laud. Norisius non modo actis, et historia rerum gestarum utitur ad propositum scopum assequendum, sed praecipue sua ratiocinia instituit ex notis chronologicis, quibus Marcus Diaconus universum

tempus vitae, et Episcopatus B. Porphyrii complexus est, de quibus profecto si nihil esset, quod jure opponi posset, easque notas merito in suspicionem vocaret, causa perorata esset, ac unice Norisio assentiendum foret, dum earum ope, et fundamento, quod unicum est, quo uti poterat, Gazensis epochae cardinem in autumn. A. V. C. Varr. DCXCIII conjiciendum statuit. Verum multa sunt, quae ipsarum non modo integritatem, ac primigeniam vetustatem suspectam efficiunt; sed etiam, plane, suadent easdem, quales modo habentur, vitium aliquod, labemque contraxisse.

Atque hoc loco omittam neminem nostrum latere, experientia ipsa docente: nullos fere codices inveniri, qui ex Librariorum inscitia, aut indiligentia, non solum in numeris, sed etiam in vocibus corrupti in multis, et vitiati ad nos transmissi non fuerint. Mittam etiam nullum modo superesse codicem graecum vitae B. Porphyrii a M. Diacono conscriptae; unicam vero tantummodo haberi versionem, eamque non uno in loco corruptam. Silentio denique praeteream ignorare nos, utrum vocibus, an numeris potius, ut apud Graecos frequentius fieri consueverat, a M. Diacono eae notae positae fuerint, ex quo facilius etiam errorem aliquem in eas irrepere potuisse agnoscimus. Haec inquam omnia omittam, atque unicum illud urgeam argumentum: notas nempe chronologicas, de quibus sermo est, vitiatas, et corruptas agnoscendas esse, si cum iis, quae in narratione vitae B. Porphyrii diligenter, atque ordine a M. Diacono describuntur, nulla ratione consentiant. Atque id est, quod duce optimo, ac teste eodem M. Diacono modo probandum aggredior.

Atque ut statim ad rem, narrat M. Diaconus cap. III, et initio IV de vita, et gestis B. Porphyrii: cum post suam consecrationem B. Porphyrius *statim* in Vrbem Gazam se ipso comite venisset, accidisse, ut *illo anno* esset siccitas per plures menses, quam Idololatrae ingressui B. Episcopi

adscribebant, cumque illi Idolo suo Marnae sacrificia multa, sed absque effectu fecissent, B. Porphyrium cum suo grege jejuniis, publicisque supplicationibus multis cum lacrymis, precibusque peractis, divinam misericordiam implorasset, optatam pluviam impetrasse: pluisse autem Dominum assidue ab *octavo Lydenaei*, usque ad *decimum*, qui apud Romanos est *Januarius*: *diem vero Theophaniorum* S. Episcopum cum suis fidelibus peregisse cum gaudio gratias agentes Deo etc. Insuper *illo anno* propter pluviae miraculum Idololatras quam plurimos ad fidem conversos esse; sed cum alii Idololatrae non cessarent insidiari Beato, et reliquis Christianis, *cum brevi post tempore* in Diaconum ordinasset ipsum Marcum, vidensque B. Pater nefaria, quae quotidie ab Idololatris fiebant, statuisse eundem Byzantium mittere pro obtinendo decreto, ut destruerentur Idolorum templa, se autem nulla interjecta mora navigasse, ac *viginti dierum* spatio feliciter pervenisse Constantinopolim cum literis B. Porphyrii ad B. *Joannem Constantinopolitanum Episcopum datis*: illum autem de omnibus ore etiam proprio a se instructum, *Eutropii Cubicularii* opera, qui tunc erat assiduus apud Imp. Arcadium, intra *septem dies* obtinuisse optatum decretum, insumptisque mox non plus, quam aliis *tredecim diebus*, Gazam rediisse, ac B. Porphyrium ex multa afflictione, quam Idololatrae ipsi attulerant in lecto aegrotantem inventum exilarasse etc.

Opportune hic notandum censeo quid exprimant apud Marcum Diaconum verba: *brevi post tempore*. Cap. X ejusdem vitae S. Porphyrii, cum praemisisset: venisse Gazam literas Imperatricis Eudoxiae cum Architecto Ruffino, et forma Ecclesiae, quae erat extruenda, exusto jam Marnio subdit. Hinc ejecto cinere, et ablatis omnibus abominationibus, relicta rudera marmorum Marnii loco inacesso, *brevi post tempore* B. Porphyrius edicit jejunium uno die, tum cum populo ligones, et rastra secum afferente in cantu psal-

morum profectus ad Marnium, circa se habens clerum, ibique Architectus Ruffinus cum gypso designavit posituram sanctae Ecclesiae, per quem fuit etiam perfectum totum aedificium. En itaque quid indicet apud Marcum Diaconum phrasis: *brevi post tempore*. Non biennium, nec annum aliquem, sed paucorum dierum, vel si velis alicujus mensis intervallum.

Quibus praemissis hic sistendum, ut ex tam accurata M. Diaconi narratione, quam totidem fere verbis ab eo exscripsimus, pateat quid in rem nostram de tempore ordinationis B. Porphyrii inferre oporteat. Eutropius, qui adjutor extitit pro obtinendo decreto, Consul processit Kal. Jan. A. V. C. MCLII, Christi CCCXCIX. eodemque mense adhuc labente, prius relegatus, paulo post revocatus, ac securi percusseus interiit. B. Joannes Chrysostomus in Episcopum Constantinopol. consecratus fuit die XXVI Februarii A. V. C. MCLI, Christi CCCXCVIII, ac de utroque Chronologiae capite nulla est controversia. Legatio itaque M. Diaconi incidit ante mensem Januarium anni V. C. MCLII, et post februarium anni praecedentis MCLI, quo B. Jo. Chrysostomi consecratio peracta fuerat. Porro cum ex praemissa ipsius descriptione de singulis, quae ab ingressu B. Porphyrii recens consecrati in Vrbem Gazam evenerant *illo anno*, usque ad ejusdem Marci ordinationem, susceptamque mox ab eo legationem, ejusdemque felicem exitum clarissime eruatur annum non amplius, et aliquot menses plus minus effluxisse; consequens profecto erit ipsius B. Porphyrii ordinationem evenire debuisse A. V. C. MCL Christi D. CCCXCVII, et quidem circa veris initium, mense Xanthico, sive martio, ut notat idem Marcus postremo capite.

Quibus demonstratis aperte sese manifestat vitium, quod in notas chronologicas, quae modo extant in versione vitae B. Porphyrii, irrepsit. Legitur enim cit. capite ultimo: B. Episcopi obitum contigisse anno Gazaeorum CC-

CCXXC, mense Dystro. Si ab hisce notis detrahas annos XXIV, ac menses XI, quot ibidem ex sententia Norisii numerat Marcus gesti ab eo pontificatus, reliquus erit annus CCCLV, cui propterea assignanda foret B. Porphyrii ordinatio in Episcopum Gazensem. Adde jam Gazensium anno CCCCLV annos V. C. DCXCIII ex cardine ejus Epochae, quem sibi constituendum censuit Norisius, prodibit annus V. C. MCXLVIII, Christi CCCXCV. Deest igitur biennium ab ejusdem ordinationis tempore, quod in suis actis, accurataque rerum a se gestarum descriptione ipse Marcus clare designat, ut hactenus demonstratum est. In nostra sententia de cardine Gazensis Epochae constituendo in exeunte Octobri A. V. C. DCXCII, triennii discrimen intercederet. Denique etiamsi admittendi essent calculi, quibus Cl. Henschenius in adnotationibus ad eandem vitam sibi statuendum putavit annum Christi Domini CCCXCVI, quo B. Porphyrius ordinatus fuerit, adhuc unius anni labes in suprascriptis notis agnoscenda foret. In quacunque igitur ex his hypothesi, et sententia, cum Epochae Gazensis fines ex nummorum fide, ac consentiente ipso Norisio dimoveri nequeant ab expirante Octobri A. V. C. DCXCII, vel DCXCIII, de vitio, quo in praesens infectae sint notae M. Diaconi nulla ratione dubitari potest. Ex quibus concludendum ratiocinia ipsius Norisii ex iis notis deprompta nihil prodesse posse pro Epochae Gazensis cardine certa ratione definiendo, sed eundem ex aliis purioribus, certioribusque fontibus requirendum esse.

Quod vero ex accurata M. Diaconi descriptione, cui potius sane habenda fides, quam notis, quae erroribus subjectae esse possunt, proferre oporteat ordinationem B. Porphyrii post annum V. C. MCXLVIII, Christi CCCXCV, non modo id obest causae nostrae, sed etiam eandem mirifice confirmat. Nam cum ea facta fuerit, eodem Marco Diacono teste, a Joanne Caesareae Palaestinae Archiepiscopo,

idipsum magnum praebet argumentum, quod ultra annum s. s. Christi CCCXCV protrahenda sit. Gelasius Archiepiscopi Joannis decessor Constantinopolitanae Synodo interfuit die XXIX Septembris A. V. C. MCXLVII. X. CCCXCIV Arcadio Aug. III, et Honorio II Consulibus, ut ex actis ejus Synodi constat a Norisio ipso allatis. Acta ejus Synodi in aliquot menses, ut solebat protracta fuisse concedendum est, antequam Gelasius in suam sedem reverteretur. De eo S. Hieronymus, qui suum de Viris illustribus librum anno praecedenti Theodosio COS. IIII scribebat, haec habet: *Gelasius accurati, limatique sermonis, fertur quaedam scribere, sed celare*. Si celabat signum est ergo, quod nondum eo tempore suis Operibus finem imposuerat, nec anno mox sequenti, quod B. Hieronymus adnotare non praetermisisset, sed iis limandis, absolvendisque Gelasium operam post suum a Synodo reditum dedisse, eaque deinceps vulgasse. Nam cum Divus Hieronymus citato in Libro nullum adhuc commemorare potuisset, modo tamen pauca licet, eorundem habemus fragmenta, quod probat a Gelasio aliquando vulgata fuisse, de quibus videndus prae caeteris illustris Commentator ipsius S. Hieronymi. Haec itaque, ni fallor, ostendunt Gelasium in vivis adhuc fuisse circa ineuntem martium anni, qui immediate successerat praecedenti, in quo Synodus habita Constantinopoli sub exitum mensis Septembris. Non enim plus quam quinque menses elapsi erant, ex quo ea Synodus inchoata fuerat. Doctiss. Norisius in suis ratiociniis, quod Gelasius ex actis Synodi Constantinopol. eidem interfuisset, ideoque adhuc viveret, inferre necessario debuit eundem intra paucorum mensium spatium a Synodo in suum Episcopatum revertisse, nec multo post diem suum obiisse, cui successerit Joannes, eumque post suam consecrationem, cum jam ex aliquo tempore Episcopatum gereret, ut non obscure indicat Marcus Diac., legationem Gazensium accepisse pro Episcopo a se designando, indictisque

precibus, jejuniisque, ex visione, ad Hierosolymitanum Episcopum misisse pro Porphyrio tum Praesbitero, et S. Crucis custode ad se destinando, quo Caesaream paulo post adveniente ipso Marco comite, illum proximo die Dominico consecraverit circa Martium mensem anno s. s. Christi Domini CCCXCV. Haec singula autem in tam angustos temporis limites necessario contrahere debuit Norisius; nam si parumper ab iis recedere, eosque proferre voluisset, actum fuisset de ejus Epocha Gazensi in ann. V. C. DCXCIII statuenda. Verum tum ista per se improbabilia plane sunt, tum quae praecesserant B Porphyrii consecrationem, ac denique ea, quae de absolutis demum, editisque Gelasii operibus animadvertimus longiores moras, tempusque exposcere merito dicenda sunt. Haec itaque altera basis, qua nituntur laud. Norisii ratiocinia non modo fallax, sed insuper in suspicionem merito, et ipsa vocat notas chronologicas Marci Diaconi, de quibus hactenus egimus, cum ex ejus vitae actis sequatur ordinationem B. Porphyrii in aliquem annum esse protrahendam, in annum nempe MCL. Christi CCCXCVII, quem paulo supra designavimus. Praeclarissimum Virum fugit animadvertere certissimas notas Consulatus Eutropii, et consecrationis S. Joann. Chrysostomi, ex quibus consequitur Marcum Diaconum Constantinopolim se contulisse ad obtinendum decretum pro eversione templorum Gentilium An. V. C. MCLI post X. CCCXCVIII. Nam cum idem Norisius consentiat B. Porphyrium a Joanne Gelasii successore in Episcopum consecratum fuisse circa ineuntem martium, ac primo quoque tempore Gazam se contulisse cum Marco Diacono; hic autem oculatus scriptor, et testis narret primo illo adventus, et Episcopatus Porphyrii anno per plures menses non pluisse, ac tandem B. Porphyrii precibus, et Cleri orationibus impetratam fuisse pluviam, ac de tanto beneficio gratias actas Deo fuisse a S. Episcopo cum suis Fidelibus Theophaniorum die, hoc est mense Januario

patet profecto nondum elapsum tunc fuisse annum primum Episcopatus, et adventus in Vrbem Gazam B. Porphyrii. Cum autem addat idem synchronus, et oculatus Auctor: se non longe post a pluvia impetrata in Diaconum ordinatum fuisse a B. Porphyrio, Idololatris vero non cessantibus insidiari B. Episcopo, et reliquis Christianis, eodem tempore Constantinopolim missum fuisse, ubi brevi omnia ex sententia sibi evenerunt de obtinendo decreto, adjuvantibus Eutropio, et S. Joanne Chrysostomo ejus Vrbis Archiep., ex his notis certissime consequitur, sicut annus iste adventus Marci Diaconi Constantinopolim fuit V. C. MCLI, post X. CCCXCVIII, ita annum consecrationis B. Porphyrii, quae facta fuit ineunte Martio, fuitque annus primus sui Episcopatus, et adventus in Vrbem Gazam, fuisse annum praecedentem V. C. MCL, post X. CCCXCVIII. Ideoque consecrationem B. Porphyrii biennium prothraendam esse, quam ferant calculi praestantissimi Norisii. Ac recte quidem hoc pacto se habent omnia. Superest enim biennium, et aliquot menses pro Gelasio Joannis decessore, qui a Synodo Constantinopolitana redux circa exeuntem An. V. C. MCXLVII, biennii tempore, quod superest, supremam manum suis Operibus imponere potuerit, eodemque postea decedente locum facere Joanni, a quo B. Porphyrius in Gazae Episcopum ordinatus fuerit ineunte Martio A. V. C. MCL.

Postremo hoc loco omittendam minime censeo interpretationem, quam affert Cl. Mazochius in Kalend. Eccles. Neapol. pag. 71. de textu Marci Diaconi, quo annum emortualem designat B. Porphyrii. Verba ipsius de hujusmodi notis chronol., quemadmodum etiam a Cl. Norisio afferuntur haec sunt: *Mortuus est B. Porphyrius die secundo mensis Dystri, anno ut est Gazensium computatio, quadrigentesimo octogesimo, anno Episcopatus ab eo gesti vigesimo quarto mense undecimo*. Ad haec ita subdit Mazochius: *h. e. anni vigesimi quarti mense undecimo, quum is scilicet*

in Episcopatu degisset annos 23 *mens.* 10, *ac dies aliquot.* Quam pariter interpretationem etiam paulo ante praemiserat his verbis: *Jam si ab eo anno* (quo mortuus fuerat B. Porphyrius) *retro numeres annos* 23, *ac menses prope* 11. Ex sententia itaque Mazochii ita textus Marci Diaconi interpretandus, ut B. Porphyrio assignandi sint anni viginti tres, et menses undecim Episcopatus ab eo gesti. At vero Norisius ex eodem textu Marci Diaconi illud sequi putavit, B. Porphyrium Gazensem Episcopatum tenuisse annos viginti quatuor, et undecim circiter menses. Nam de Epoch. Syromaced. pag. 484, ubi ratiocinia, et calculos instituit ex notis laud. Marci Diaconi de Epochae Gazensis cardine, ita scribit: *ex die secundo Dystri anno Gazensium* 480 inferri *Porphyrii consecrationem contigisse anno Gazensium* 455 *vere circiter ineunte.* Si a mense Xanthico, sive vere ineunte annis Gazensium 455 addas annos 24, et undecim circiter menses, pervenies ad mensem Februarium, sive Dystrum anni Gazensium 480, quae sunt notae Marci Diaconi, computandae juxta sententiam Cl. Norisii. Si textus graecus vitae Porphyrii adhuc maneret firmiori fortasse cum fundamento statui posset utra ex duabus sententiis foret amplectenda. Sed cum eo praesidio careamus in incerto saltem manebit quodcunque de alterutrius certa interpretatione judicium; cum rationes, et argumenta minime desint, quibus sese unaquaeque sustinere posse videatur. Sed ipse quidem, ut ingenue fatear, in sententiam potius Cl. Mazochii descenderem. Nam ea phrasi Marcus Diaconus annos revera 24 nondum exactos, quibus B. Porphyrius Episcopatum gesserat, designare voluisse videtur. Alias dicere debuisset: *Mortuus est B. Porphyrius anno Episcopatus ab eo gesti vigesimo quarto* cum undecim mensibus, non *mense undecimo*, quod exprimit, proprie loquendo, partem ipsius anni vigesimi quarti, qui postremus extiterat vitae B. Porphyrii. In hoc igitur consistit fundamentum omne, et basis, qui-

bus nituntur ratiocinia Cl. Norisii pro definiendo Gazensis Epochae cardine. Admissa autem Mazochii interpretatione de annis 23 cum mensibus XI, quibus B. Porphyrius Episcopatum gesserit, Epochae Gazensis cardo nonnisi ab autumno A. V. C Varr. DCXCII ducendus, quae est nostra jam demonstrata sententia, quam etiam fore spero, ut alteri deinceps praeferatur. Equi boniqne faciet Eruditus Lector, si tam grave, et arduum Chronologiae caput fusiori calamo pertractandum mihi sumpserim, ut illud meliori in lumine collocarem, firmissimisque fundamentis stabilirem; quoniam mihi recedendum erat a praestantissimo Norisio, qui caeteros omnes in suam sententiam pertraxerat.

Post praemissas binas hasce Exercitationes, latissima modo patet via ad Epochae Gazensis exordium tutiori via definiendum ex nummo Plautillae, aliisque etiam, qui Norisio minime perspecti fuerunt, quod praestabimus in Lib. sequenti de Epochis.

De anno V. C., et anni tempore, quo Maximini caedes apud Aquilejam patrata fuerit; de electione utriusque Gordiani Africani in Imp., et Aug., deque ipsorum brevissimo imperio, eorumque apotheosi a Senatu decreta; quibus anni, et mensium finibus circumscribi queat; tandem quid statuendum videatur de tempore, quo Romae a Senatu Pupienus, et Balbinus ad imperium electi fuerint contra Maximinum hostem declaratum, eoque interfecto in eodem administrando superstites vixerint.

EXERCITATIO V.

Quanquam in lib. II. de Vulg. Aer. Emend. de hoc argumento fuse pertractatum fuerit, tamen e re nostra ducimus hoc loco ad emendatiores calculos redigere obscura adeo, atque hactenus controversa haec Chronologiae capita, de quibus ipse quoque citato in libro communem secutus sententiam haud recte sensisse videor.

De primo tamen capite, quando nempe Maximinus in obsidione Aquilejae subita militum suorum irruptione una cum Maximo filio interfectus fuerit, satis firmis argumentis, monumentisque eodem in lib. me probasse confido, id evenisse verno tempore, nec ultra Aprilem mensem A. V. C. Varr. CMXCI. Vnice hoc loco constitutum ibidem tempus confirmare lubet ex praeclaro lapide apud Grut. p. CIV n. 3, quem paulo infra opportunius afferam. Modo universa propositi argumenti capita complectamur, atque a caede Balbini, et Pupieni incipiamus.

Illud in dubium revocari nequit Pupienum, et Balbinum post interemptum Maximinum ad aliquot menses superstites fuisse. Vt alia argumenta omittam, tempus defi-

nit illustris Herodiani synchroni Scriptoris locus, ubi narrat: *Ludis Capitolinis* milites Romae indigne ferentes sibi a Senatu datos Principes, cum essent deditae festo, et spectaculis omnium mentes, repente dissimulatum diu sensum manifestasse, ac vesano quodam motu ad Regiam concurrentes, raptosque senes Principes medio in foro nefarie *trucidasse*. Sive enim *ludi Capitolini* de iis intelligendi sint, qui a Camillo decreti post celebrem victoriam, quam de Gallis, eorumque Duce Brenno Romanos in Capitolio obsidentibus, labente aestate reportaverat, sive Herodianus intelligendus sit de agone Capitolino, quem primo Domitianus instituerat, cujus reversio XXXIX ex insigni Censorini testimonio in ann. V. C Varr. CMXCI Vlpio, et Pontiano COS inciderat, et peractus fuerat ante Neomeniam Thoth Aegyptiacam, ut ipse Auctor ibidem expressis notis consignavit, certo plane consequitur Balbini, et Pupieni casum circa mediam aestatem anni s. s. CMXCI evenire debuisse. Vide quae uberius attulimus in lib. n. Sed ut modo historiae monumenta quoque consentire probemus, argumentum subjiciamus, quod ex nummis Aegyptiis Gordiani Pii certo fundamento concludere fas est. Nam cum Gordianus Pius consentientibus omnibus Chronologis Philippi fraude interfectus fuerit anno V. C. Varr. CMXCVII, et ante advenientem aestatem; ejus vero nummi Aegyptii magno numero, quorum et ipse quatuor possideo, exhibeant ann. VII L. Z, necessario infertur eundem Gordianum Pupieno, et Balbino in foro Romano interfectis successisse, atque a Senatu Augustum electum fuisse ante Neomeniam Thoth Aegyptiacam, quae anno s. s. CMXCI futura erat. Computationem, enim instituenti constabit eodem anno Gordiano jam Augusto ab Aegyptiis nummos signari debuisse cum An. I. L. A, tum proxima revertente ipsorum Neomenia, cum An. II L. B, ut recta septem annorum computatio locum habere possit; Fatendum itaque ex his: Pupieni, et Balbini caedem patratam

fuisse mensem aliquem ante Neomeniam Thoth Aegyptiis futuram anno V. C. Varr. CMXCI, ideoque nec ultra mediam circiter aestatem ejusdem anni statuendam esse. Vide cit. lib. n. p. 296.

Quibus constitutis, ut de Balbini modo, et Pupieni electione a Senatu facta loquamur: eorundem Aegyptiorum numismatum ope ostenditur eam proculdubio posteriorem fuisse die XXIX Augusti An. V. C. Varr. CMXC. Nam si ponamus electionem hanc ante illud tempus contigisse, si pauci dies praecessissent antequam Aegyptiis innotescere posset, nummi omnes in honorem Pupieni, et Balbini signati exhiberent annum II, L. B, ex ipsorum methodo; nullus vero An. I L A; si vero praecessisset mensis aliquis, unde electio hujusmodi Aegyptiis perspecta fieret ante proximam Neomeniam, aliqui ipsorum nummi exhiberent ann. I L. A, reliqui vero usque in aestatem mediam anni insequentis V. C. Varr. CMXCI, quo tempore Pupieni, et Balbini caedem intervenisse probavimus, exhiberent ann. II L. B. Atqui omnes, et singuli Pupieni nummi num. octo videndi in Catalogo *Zoegae*, totidem etiam Balbini insculptum habent an. I L A, nulli vero annum II, sive L. B. Id ergo invictum praebet argumentum, quod eorum electio posterior fuerit die XXIX Augusti An. V. C. Varr. CMXC. Hinc perspicue jam infertur utriusque Principis imperii fines unius anni spatio breviores extitisse, secus ac communis hactenus Eruditorum ferebat sententia: in quo et ipse emendandus, qui iisdem ex communi opinione XIV circiter mensium imperium in lib. n. assignaveram. Atque haec talia sunt, ut nulli amplius exceptioni proposita esse queant.

Accedat modo vetus inscriptio de Maximino apud Gruterum pag. CIV n. 3, ut ejus ope caetera quoque intra certos suos fines concludamus, Ita se habet Lapis Gruterianus:

VICTORIAE AVG.
SAC
. . . FL . TACITVS. CALAE
AVG
. . . PRO . S . ET . S . VISO . OMIN
. . . . CL . M . KAL . FEBR
. . . PIO . ET . PONT
. . . . . COS

In ruinis Salvae inventum hunc Lapidem testatur ibidem Gruterus.

Salva, quae antiquitus Solva, memoratur a Plinio inter Noricas Civitates. Scribit Ortelius in suo Thesaur. Geograph., ubi de Solvensi Oppido sermonem habet: *se vidisse inter S. Viti, et Clangenfurt Carinthiae Oppida, olim in Noricis, campum spatiosum ruderibus oppletum; ubi antiqua marmorea fragmenta, numismata, aliaque id genus vetustae suppellectilis effodiebantur*. Addit ab incolis eum locum Germanico verbo appellari, quasi *latine dicas Solcampum, idest Solvae Campum*. Hanc porro Inscriptionem non alteri, quam Maximino convenire posse patet ex nota temporis. Vlpius enim, et Pontianus certi sunt Indices anni V. C. Varr. CMXCI Eodem vero anno, et Kal. quidem Febr. neque Gordiani duo in Africa, neque tres Principes Romae locum habere possunt: Maximinum vero eas Regiones in sua potestate habuisse explorata res est. Itaque clarissime patet eam inscriptionem assentationis gratia Maximino dedicatam fuisse cum jam in Italiam per Noricum cum exercitu iter suscepturus esset, vel jam adventaret, in sacrum, faustumque veluti augurium, omenque victoriae ab eo obtinendae. Jure itaque inferes Maximinum ante Kal. Februarias ejus anni nuntium jam accepisse de electis in Africa Imperatoribus utrisque Gordianis, deque ea electione a Senatu Romae accepta, atque approbata, ideoque initia expeditionis ab eo susceptae pro bello in Italia geren-

do in hyeme, et ante s. s. Kal. Febr. ejus anni CMXCI constituenda esse.

Herodianus synchronus Scriptor mihi quidem in sua historia consentire videtur. Haec enim ordine ab eo narrantur: Senatum Romae statim ac utrinsque Gordiani electionem in Africa factam acceperat, laetis illam acclamationibus approbasse, virosque mox clarissimos ex ordine Senatorio, et equestri in omnes Provincias misisse, qui populos ad defectionem sollicitarent, atque omnia, quae ad Italiae defensionem necessaria essent compararent. Crispinum, et Menophilum viros consulares a Senatu lectos Aquilejam se contulisse, ubi in tanto periculo cum confluerent ad eam amplissimam Civitatem quicunque proxima Oppidula, agros, vicosque habitabant, summa diligentia curasse, ut necessaria quaeque in Vrbem importarentur, ut diuturna quoque, si necesse foret, oppugnatio Vrbis sustineri posset. Cum vero sub tanta Romanorum potentia altissima pace cives illi ad eum diem fruerentur, nec arma in promptu haberent, et moenia ipsa Vrbis diruta essent, tunc urgente necessitate amplissimum murorum ambitum renovatum, turres, et propugnacula excitata, atque omni armorum genere Vrbem instructam fuisse. Quibus rebus perfectis, atque Vrbe ad eum modum communita, Pannoniorum aciem, quam Maximinus, eo quod tardius iter, quod illi repentinum acciderat, facere cogeretur ob vehicula, resque alias usui necessarias, quae undique ad exercitum importabantur, in Italiam praemiserat, ad Vrbem Aquilejam obsidendam, nondum solutis vicinorum montium nivibus accessisse, eamque mox acriter, omnibusque bellicis artibus oppugnandam tentasse. Verum conatus acriter, ac saepe iteratos in irritum semper evasisse, ita ut milites defatigati recedere cogerentur. Qua re cognita Maximinum ad eosdem cum exercitu iter accelerasse, et ad fluvium pervenisse duodecimo lapide ab Vrbe distantem, qui solutis tum nivibus in-

genti undarum copia redundabat; ita ut exercitus per aliquot dies subsistere debuerit, donec inventis in agris plurimis inanibus cupis, iisque inter se junctis, ponte extructo, per eum in ulteriorem ripam evaderet. Tunc vero acrius Vrbem oppugnari coeptam, atque excisis suburbanis aedificiis, et omnibus circum arboribus, admotisque omnis generis machinamentis, nihil intentatum reliquisse Maximinum, ut eam caperet, animo ejusdem evertendae in caeterarum Italiae Vrbium exemplum. Sed Aquilejensibus strenue, alacriterque patriam defendentibus, nihilque ipsis deesset, e contra vero Maximini exercitus omnium rerum penuria laborare coepisset, insuper vero Maximinus suos milites vehementer irritasset, eo quod plurimos e suis Ducibus extremo supplicio affecisset, quasi eorum culpa res male in ea oppugnatione gererentur: eosdem repente, atque illos in primis, qui Romae sub monte Albano castra habebant de interficiendo Imperatore conjurasse, *ut aliquando a diuturna, et inexplicabili obsidione requiescerent*. Quocirca sumpta audacia, dum vacuo die a pugna Maximinus sub tentorio quiesceret, eo intrepide accessisse, atque Imperatorem cum filio prodeuntem continuo obtruncasse. Atque haec sunt, quae ab Herodiano lib. VII, et VIII narrantur, ex quibus sane patet bellum illud, de quo sermo est, hyeme susceptum, adventante vere, eodemque labente gestum interitu Maximini finem habuisse. Quae mirifice consentiunt cum Gruteriano Lapide, quem ante praemisimus.

Hisce jam demonstratis fines, qui certo fundamento definiri possunt de Gordianis in Africa electis, ejusque rei nuntio Romam allato: tum de iis, quae consecuta sunt post mortem Gordianorum Romae vulgatam pro electione Pupieni, et Balbini cum Gordiano puero Caesare declarato, hujusmodi sunt. Primum illud Chronologiae caput non ultra annum V. C. Varr. CMXC ad exitum properantem proferri posse; electionem vero trium Principum Romae factam

post Gordianos interfectos ad primos duos menses insequentis anni referendam esse. Quo ad primum enim ignoramus equidem, quando Romam pervenerint Gordiani sen. literae publicae de sua, et filii electione in Imperatores ad Senatum: quando praeterea Maximinus certior factus fuerit de Senatu Romae habito pro utriusque approbatione. Fatendum est tamen non paucos insumendos fuisse dies antequam Senatus ille, et quidem secreto habitus, ut refert Capitolinus, Maximino nuntiaretur. Adde Maximinum re intellecta per aliquot dies simulasse, tum habita concione profectionem indixisse, tum in itinere suscepto tardius progredi debuisse ob res usui necessarias comparandas, ideoque ad Provinciae Noricae fines sero tandem accedere potuisse. Quo sane tempore capta occasione in Solvensi Oppido Lapidem Gruterianum excogitatum, et dedicatum fuisse Kal. Febr. Vlpio, et Pontiano Consulibus statuere oportet. Qui haec igitur sedulo animadvertat fateri sane debebit non modo electionem Gordianorum in Africa factam sine ulla dubitatione ad annum V. C. Varr. CMXC referendam esse, sed Senatum quoque Romae habitum pro illius approbatione non ultra eundem annum ad summum exeuntem proferri posse. Quod ad alterum vero spectat, cum ab electione Gordianorum in Africa ad eorum interitum unius mensis, vel etiam quadraginta dierum spatium intercesserit: Cum ab eo die nuntius Romam hyemali tempore, et procelloso mari deferri debuerit, nemo non videt, electionem Pupieni, et Balbini in mensem Januarium exeuntem, vel in sequentis initia proferri debere, praesertim vero, quod teste Herodiano, id Maximino statim perspectum fuerit, cum jam Italiae fines attigisset.


Quae singula, hactenus allata, si firmo nituntur fundamento, a veritate historiae eorum temporum plurimum aberasse dicendus erit Jul. Capitolinus, dum in vita Maximini memorat Senatus Consultum in Aede Castoris factum

VI Kalendas Julias, referente Silano Consule pro imperio Gordianis confirmando, tum alterum, quod initio de Maximi, et Balbini vita refert, in aede Concordiae factum VII Kal. Junii ludis Apollinaribus, quo utrique Imperatores, et Augusti acclamati fuerint contra Maximinum. Vbi legitur VII Kal. Junii error manifestus, nam ludi Apollinares concurrebant a die III Nonas Julii, ad III Idus ejusdem mensis. Denique ubi ex integro exscribit Epistolam novis Principibus scriptam a Claudio Juliano Consule in gratulationis argumentum, quem absentem de ea electione certiorem fecerat ejus collega Vir Clariss. Celsus Aelianus, ut ibidem legitur, sive notas temporum, sive tres memoratos Consules ex suffectis spectemus: quae a Capitolino narrantur pertinere dicenda sunt ad ann. V. C. Varr. CMXC, nec ultra mediam aestatem ejusdem anni. At vero ex Solvensi Marmore superius allato certo constat expeditionem in Italiam a Maximino susceptam in hyeme, non multo ante Kal. Febr. anni V. C. Varr. CMXCI Vlpio, et Pontiano Consulibus, intellecta jam Gordianorum electione. Tanta est praeterea discordia, et contradictio ipsius Capitolini, cum caeteris eorum temporum Scriptoribus, uno dempto Herodiano, qui eo tempore scribebat, sive in designandis annis singulorum Principum, qui ea aetate imperium tenuerunt, sive in describendis ipsorum rebus gestis, ut nulla fides ipsis adhibenda sit, nisi accedat monumentorum veterum auctoritas, quibus ea, quae narrant confirmentur. Hinc patet etiam deserendam esse communem fere Chronologorum sententiam, qui initia imperii utriusque Gordiani, tum etiam Pupieni, et Balbini in aestivos menses anni s. s V. C. Varr. CMXC conjiciebant, quod et nos fecimus in lib. n. de Vulg. Aer. Emend. Concludendum itaque ex hactenus probatis primo Maximini interitum jungendum cum A. V. C. Varr. CMXCI, nec ultra mensem Aprilem ejus anni evenisse. Balbinum, et Pupienum ad imperium a Senatu electos fuisse circa exeuntem

Januarium ejusdem anni, atque intra septimum mensem misere interfectos. Ad tempus vero electionis Pupieni, et Balbini spectare nuntium Romae allatum de casu, utriusque Gordiani in Africa, quorum propterea apotheosis in idem tempus a Senatu decreta intelligenda sit, ac non multo post ab Ægaeensibus in suis nummis celebrata cum notis chronolog., quibus etiam signati nummi Balbini, et Pupieni, quae singulae annum labentem suprascriptum V. C. CMXCI indicant, ante Neomeniam Thoth Ægyptiacam. Denique utriusque Gordiani Africani electionem in Africa factam, in annum praecedentem V. C. CMXC, ultimosque menses esse rejiciendam.

Postremus omnium Eckhelius ejus temporis historiam adeo perturbatam in ordinem redigere conatus de Doctr. N. V. T. VII pag. 295. Gordianorum electionem, quamquam subdubitanter, constituendam statuit circa ineuntem mensem martium anni V. C. Varr. CMXCI: mense Aprili labente ejusdem anni Pupienum, et Balbinum Romae a Senatu Augustos appellatos ad bellum contra Maximinum gerendum. Hunc vero in obsidione Aquilejae a suis militibus ad iracundiam provocatis cum filio interemptum forte medio majo: denique Pupienum in Vrbem, interfecto Maximino, reversum, et cum collega Balbino Rempublicam moderantem, utrosque exeunte circiter Julio a Praetorianis neci traditos fuisse, unde exordium sumendum imperii Gordiani Caesaris. De hoc postremo Chronologiae capite inter nos convenit; nam et ipse in mediam circiter aestatem senum Principum caedem statuendam esse non uno in loco probavi, et paulo supra demonstratum est ex nummis Ægyptiis ipsius Gordiani cum anno VII L. Z. Caeteras vero temporum notas angustis nimium limitibus ab Eckhelio circumscriptas fuisse ex dictis, in primisque ex Gruteriano Lapide clare evincitur, ut nihil hic addere necesse sit. Norisius, cui Solvae inscriptio dedicata Kal. Febr. perspecta fuit, apud

Pagium in Crit. Baron. sub anno s. s. V. C. Varr. CMXCI, Maximini interitum mense Martio evenisse censuit. Sed aliquanto tardius ea caedes protrahenda est in proximum mensem Aprilem, ut ex iis, quae superius de morte Alexandri Sev., et initiis imperii Maximini dicta sunt satis constare arbitror. Atque de his hactenus. Vide etiam postremo in lib., qui sequitur de Epochis.



INDICES II

I


VRBIVM, ET POPVLORVM

A QVIBVS EDITI NVMMI IMPERIAL.

HVIVS II PARTIS

ALTER

RERVM PRAECIPVARVM



ADDVNTVR IN FINE TABVLAE
CVM FIGVRIS SELECTORVM NVMISMATVM

INDEX I

VRBIVM ET POPVLORVM

A QVIBVS EDITI NVM. QVI IN HAC II PARTE IMPERIAL. ET ADDITIONVM CONTINENTVR

Pii p. 81. *Valeriani sen.* cum *Gallieno*, *et Valeriano Caes.* pag. 122.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ Nicomedia Bithyniae. Num. *Getae Caes.* p. 16. *Macrini*. p. 20. *Alexandri Sev.* pag. 51, *Philippi jun.* p. 103. *Treboniani Galli*. pag. 112. *Antinoi* p. 160.

ΝΙΚΟΠΟΛΕΟΣ ΙΕΡΑC Nicopolis sacra Epiri Num. *Getae Caes.* p. 15. *Jul. Maesae*. p. 45. *Alexandri Sev.* p. 51.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟC ΙCΤΡ. Nicopolis ad Istrum Moesiae infer. Num. *Macrini*. p. 20, et seq. *Diadumeniani*. p. 23 *Elagabali* pag. 33.

ΝΥCΕΩΝ Nysa Cariae. Num. *Maximi Caes.* p. 70.

ΟΡΘΩCΙΕΩΝ. Orthosia Phoenices Num. cum not. chronol. *Elagabali* p. 33.

PARIVM Mysiae Col. Num. *Jul. Paulae*. p. 42. *Corneliae Superae* pag. 119.

ΠΑΤΡΕΩΝ Patrae Achajae. Col. Num. *Caracallae* p. 10. *Vrbic.* pag. 152.

PELLA Macedoniae Col. Num. *Caracallae*. pag 11. *Alexandri Severi*. p. 59. et seq. *Maximini*. p. 66. *Gordiani Pii*. p. 90.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ Perga Pamphyliae. Num. *Jul. Mamaeae*. p. 62. *Maximi Caes.* p. 69. *Sabinae Tranquillinae*. p. 92.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Pergamus Mysiae Num. *Caracallae Concord. cum Smyrnaeis* p. 2, et seq. *Valeriani Caesaris*. p. 134.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Perinthus Thraciae Num. *Getae Caes.* p. 16. *Elagabali* p. 34. *Alexandri Sev.* p. 51. *Gordiani Pii* p. 82. *Sab. Tranquillinae*. p. 92.

ΠΡΟVCΑΕΩΝ Prusa ad Olympum Bithyniae. Num. *Alexandri Sev.* pag. 51.

ΠΡΥΜΝΗCCΕΩΝ Prymnessue Phrygiae. Num *Gordiani Africani patris*. p. 70 *Pupieni*. p. 74.

PTOLEMAIS Galilaeae Col. Num. *Anniae Faustinae Elagabali spuε*. pag. 44. *Alexandri Sev.* p. 60.

ΡΕΦΑΝΕΩΝ Raphanea Syriae Num. *Elagabali*. p. 34, et seq.

ΡΗCΑΙΝΗCΙΩΝ Rhesaena Mesopotamiae Col. Num. *Trajani Decii*. p. 107. *Etruscillae*. p. 108. *Q. Herennii Caes.* p. 109.

PO. Rhodus Insula. Num. *Vrbic.* p. 152.

CΑΓΑΛΑCCΕΩΝ Sagallassus Pisidiae Num. *Elagabali*. p. 34. *Claudii Gothici*. p. 135.

CΑΙΤΤΗΝΩΝ Saetteni Lydiae. Num. *Elagabali* p. 35, *Saloninae* p. 132.

CΑΜΙΩΝ Samos Insula Joniae. Num. *Caracallae*. p. 1. *Jul. Maesae* p. 45. *Gordiani Africani patris*. p. 71. *Gordiani Pii*. p 82. *Tranquillinae* p. 92. *Philippi patris*. p. 97. *Otaciliae Sev.* p. 101. *Philippi jun.* p. 103. *Trajani Decii*. p. 105, et seq. *Valeriani sen.* pag. 122. *Gallieni* p. 126. *Commodi* p. 166.

VIMINACIVM Moesiae superioris Col. Num. *Gordiani Pii* pag. 91. *Philippi sen.* p. 101. *Philippi jun.* p. 105 *Trajani Decii* p. 107. *Etruscillae* p. 108. *Q. Herennii Caes.* p. 109, et seq. *Hostiliani Caes.* p. 111. *Treb. Galli* p. 114. *Valeriani sen.* p. 124, et seq.

ΦΕΝΕΑΤΩΝ Pheneus Arcadiae. Num. *Caracallae* p. 4.

ΦΙ ΑΕΩΝ Phialea Arcadiae. Num. *Caracallae* p. 4.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛ. ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ Philippopolis Thraciae. Num. *Severi Caracallae* p. 167.

ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ Chalcis Evboeae. Num. *Caracallae* p. 5.

ΧΙΩΝ Chios Insula Joniae Num. *Vrbic.* pag. 155.

ΨΩΦΙΔΙΩΝ Psophis Arcadiae Num. *Getae Caes.* p. 16, et seq.

INDEX II

RERVM PRAECIPVARVM

QVAE IN HAC II PARTE IMPERIALIVM

ET ADDITIONVM CONTINENTVR.

sari dicavit numm. cum not. ЄT.Є, qui illustratur p. 48. Ex eo sequitur hanc Vrbem non modo signasse in suis nummis annos Principum Romanorum; sed etiam eos computasse ab exordio anni sui civilis, quod cum Bellejo merito illigandum videtur diei XII Decembris, eadem p. 48, et seq. Ea posita methodo inferre oportet Alexandri Severi adoptionem incidisse in ann. IV imperii Elagabali. Ibid. Alii recensentur ejusdem Vrbis Alexandri Sev. jam Imperatoris cum ЄT A, et seqq dempto tamen ЄT B, qui nondum in lucem prodiit. Ibid.

Caesareae Palaestinae Col. tituli omnes inscripti in num. Hostiliani Caes. p. 111. Ejusdem Metropol., et Col. Palaestinae num. Vib. Galli inscriptum referre videtur elementum G interpretandum de Gemella pag. 113.

Caesarea Panias in Elagabalo num. offert cum notis chronol. anecd. ad labem Aerae vulgaris demonstrandam aptissimis p. 30, et seq. Alterum aeque novum ad idem proband. vide in Augusto sub Judaea.

Caracallae nummi Aegyptii cum notis etiam minoribus verisimiliter interpretandi videntur initio facto, ex quo primum ille a patre Severo Augustus appellatus fuit p. 6, et seq. Qua ratione distinguendi videantur num. Aegyptii Caracallae ab iis, qui Elagabalo adscribendi? Ibid. Inter nummos Caracallae Aegyptios aliqui sunt, qui exemplo M. Aurelii, et Commodi in notis numerandi videntur ab imperio Severi patris, quod praesertim admittendum de iis, qui postremas notas offerunt KA, et KB. Ibid.

Caracalla AVΓOVCTOC graece, loco CЄBACTOC appellatur in nummo cum Geta fratre, qui et ipse pariter AVΓ inscribitur in nummo Vrb. Bithynii p. 13. Ejusdem Caracallae cum titulo Severi num. praestans Philippopolis Thraciae p. 167. Ipsius Caracallae num. Caesareae Cappadociae cum anno imperii caeteris addendo p. 167. Alter exim. num. anecd. Mothones Messeniae Vrbis cum portu p. 17, et seq.

Caracallae num. XI probant, quod nondum perspectum erat, Bostram Arabiae Col. jam inde ab hoc Imperatore se inscripsisse cum titulis *Metrop.*, *Antoninianae Aureliae, Alexandreae*, et gratam de eo memoriam sua pecunia, pluribusque nummis e suis Officinis monetariis emissis posteritati testatam voluisse p. 8, et seqq.

Caronnii Felicis eruditione in Numismaticis rebus clariss. num. cum signo Crucis Imp. Constantini aereus minimi moduli nuper inventus memoratur pag. 190.

Catalogus num. Antiochiae Syriae cum ΔЄ SC augendus ex num. anecd. Philippi jun. p. 103. Ex altero Aemiliani p. 118.

mis Elagabali Aradiorum p. 26.

Σ pro Z in num. Zevgmatens. Philippi patris p. 96.

Z pro Ξ in num. Metropolit. Phrygiae Maximi Caes. p. 68.

Z et Ⲋ pro Ξ in numm. Maximini Thessalon., Nicaens., et Aegyptiis pag. 65, et seq.

ZЄVC BΩΘHOC in num. Hierapolis Phrygiae. Illustratur p. 171.

ΦPOV pro ΦOVP. Furia praenomen Tranquillinae ita inscriptum in num. Ephesi Joniae p. 91.

Ω scriptum in medio vocis ΚΑΛΚΑΔΩΝΙΩΝ, sive Chalcedonis Bithyniae Vaillantii lectionem confirmat, quae in suspicionem vocabatur p. 32.

VRBES INCERTAE LECTIONIS

Jul. Mamaeae inscript. ΜΑΚϹ, additis honorum titulis p. 62.

Maximi Caesaris cum raptu Proserpinae in quadrigis p. 69, et seq.

Balbini, et Pupieni Augg. pag. 73.



ERRATA CORRIGENDA

IN PARTE II IMPERIALIVM

P. 50. lin. 30 ΑΡΤЄΜΙΔΩΟΡΟΥ *Corrige* ΑΡΤЄΜΙΔΩΡΟΥ

P. 126. l. 9 Eolide Aeolide

P. 133. l. ultima ΟΥΑΤЄΙΡΗΝΩΝ ΘΥΑΤЄΙΡΗΝΩΝ

P. 22. l. 21 Κ Ο Μ ЄΔЄCCA. *Colon. Marcia Edessa* Corrige Ο Μ ЄΔΕCCΑ Μ, idest *Opelia Macrinopolis Edessa Metropolis*.




Tab. XXVII


251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
ΘΕϹ ϹΑΛΟ ΝΙΚΕ ΩΝ
ΡΑΙΩΝ
ΑΙΓΕΩΝ
ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΕΤΒ
ΠΟΛΙϹ


ROMA




270
ΑΙΓΕΩΝ
271
ΘΚΦ
272
273
274
275
ΓΑΔΑΡΕΩΝ
ΑΠΓ
276
ΜΗΤΡΟΠ
277
ΕΡΜΟΚΑΠΗ
ΛΕΙΤΩΝ
278
279
280
ΓΛΦ
281
282
ΣΑΓΑΛΑΣΣΕΩΝ
283
284
ΤΡΙΠΟΛΙΝ
ΔΛΦ
285
ΒΛΦ



Tab. XXIX.



286
287
288
289
290
291
292
IMPCAESMAVRANTONINVSAVG
AVRPIASIDONCOLON
293
VRIORVM
294
TVRIO
295
CGIMP
296
297 A
297 B
298
299
ΒΛΦ
300
ΝΕΙΚΟΠΟΛ
301
302 A
302 B
303











Tab. XXXI

323 324

325 326.A 326.B

327 328


329 330


331 332

333 334









335
Æ
ΩΝ



336
ΤΡΑΝΚΥΛΛΕ
ΙΝΑ
Æ
ΕΡΜΟC


337
ΑΥΤΚΑΝΤ·ΓΟΡΔΙΑΝΟCCΕΒ
Π Π
Æ
338
ΑΥΤ·ΚΜΑΝΤ·ΓΟΡΔΙΑΝΟC
Æ


339
Æ
L A


340
IMPCAESMANTGORDIANVSAVG
Æ
COLONIACAESARANTIOCHIA
SR


341
IANVSAVG
Æ
CRIPSA


342
Æ


343
ΤΡΑΝΚΥΛ
ΛΕΙΝΑ


344
ΠΕΡΓΑ


345


ΦΟΥΡΙΑΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑCΕΒ


346
Æ
347
Æ



ΑΔΡΙΑ
ΝΟ


348
Æ


349
ΟΜΟΝ



350
Æ
ΠΥΘΙΑ

Tab XXXIII


351
352
353
354
NEAPOL
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
ANNXII
368
ΕΠΙΝΙΚΙΑ


ROMA






Tab. XXXV.


388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411







ADDITIONES

1 ΛΙΕΩΝ Æ ΠΙΡΑΙΟΥ ΒΑΣ

2 ΚΑΙΣΑΡΕΣ Æ ΑΡΧΙΕ ΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟ ΧΕΙΣ ΣΚ

3 Æ ΑΡΧΙΕ ΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ ΗΚ

4 ΑΡΧΙΕ ΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟ ΧΕΙΣ

5 ΑΡΧΙΕ ΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ Λ

6 Æ LB ΣΙΔΩΝΟ

7 Æ ΣΙΔΩΝΙΩΝ ΓΚΡ

8 ΘΕΟΣ Æ ΑΝΘΥΠ ΑΡ

9 ΣΕΒΑΣΤΟΣ Æ ΕΠΙΣΙ ΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟ ΧΕΩΝ ΕΜ

10 ΣΕΒΑΣ ΤΙΒΕΡΙΟΥ Æ

11 ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡ Æ Γ ΕΠΙΣΙ ΛΑΝΟΥ ΣΕΛΕΥ ΚΕΩΝ ΖΜ

12 ΚΛΑΥΔΙ Æ ΑΙΓΕ ΑΙΩΝ ΕΤ.ΡΑ

13 Æ ΓΝ


14 Æ

15 Æ

16 Æ ΦΛΑΥ ΝΕΑ ΣΑ ΝΟΥΙ ΠΟΛ ΜΑ



BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA


Tab. XXXVII




ROMA


Tab. XXVIII



38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
ΑΥΤ ΚΑΙ ΤΑΙΛ
ΑΔΡΙΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΣΕΒ
ΑΥΤ ΚΑΙ ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟ
ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ
ΕΤ
ΠΗ
ΗΚΦ
ΓΚΦ
ΑΥΤ ΚΜ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ ΣΕΒΑ
ΑΥΤ ΚΜ ΑΥ ΣΕΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔ
ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ
ΑΙΓΑΙΩΝ
ΕΥΓ ΝΕΟΣ
ΤΑ



ROMA





56
ANTONIVS.IMP.COS.DES.IT.ITER.
Æ
R.P.C
57
ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ
Æ
ΣΕΒΑΣΤΟΣ
58
ΚΑΙΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣΚΑΙΣΑΡΕΣ
Æ
ΓΑΙΩ ΑΣΙΝΝΙΩ
ΚΟΙΝΟΥ
ΑΣΙΑΣ


59
Æ
60
ΑΥΤΟΚΡΑΤ
Æ
ΕΤΟΥΣ
61
Æ


62
ΜΑΡΚΙΑΝΑ
Æ
ΛΕΩΝ
63
Æ
ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ
64
ΑΥΓΟΥΣΤΑ
Æ



65
Æ
ΚΑΙΣΑΡΙΑΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΗΣ
66
ΑΝΤΩΝΕΙ
Æ
ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ ΠΙΕΡΙΑΣ
67
ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ
Æ
ΑΝΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΥ
ΣΕΛΕΥ


68
ΑΛΕΞΑ
Æ
69
Æ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
70
Æ


71
Æ
ΝΥΛ ΚΟΣΙ
72
Æ
ΜΙΚΑ
73
Æ
ΝΥΛ ΚΟΣΙ






1
ANA CTACIΩ ΠΑΤΡΙΚΙ ΩΣΕΞΑΡ ΧΩ
PL
2
ΘΕ ΟΔ
ΣΕΡΞΑ
PL
3
ΘΕΟΤ ΟΚΕΒΟΗ ΘΗΘΕΟ ΔΩΡΟ
ΑΠΟΕ ΠΑΡΧΩΝ ΚΑΙΕΠΑΡ ΧΩΝΙΤΑ ΛΙΑC
PL
4
CON STAN TINI
PL
5
ΗΣΙΧΟΡ ΚΛΕΙΔΟ ΜΕΡΑΙΟ
6
GRE GORII PR ΕΤΑΡΟC RISIARI
PL
7
ATH ANASIV SEPIZOS NEAP
PL
8
LAV RENTII EPISCO
PL
9
10
IVPOSTVMVS CAES
11
12
DOMVI AVG FELICITER
13
ANNO
ΤΗΕΥΡ






A

SECVNDE ET PROIECTA VIVATIS IN CH

1



2



B



C

INCHRI

3




4



D

SECVNDE ET PROIECTA VIVATIS IN CHRI





5



6



7



8



9



10







